

II h
906



V, 52.

2. sig.




- 1.) Imman. Weberi Diss. Fusterus velus Germanorum
idolum.
- 2.) Jo. Frid. Mülleneri Comment. histor. diplomat. de
monumentis Slavica Vandalicæq; gentis in
Guldenauia Thuring. ad Hercyniam regione
ex quibus comprobari poterit quod Fusterus
propriam Slavorum Vandalorumq; in dicta
Guldenauia fuerit idolum.

1

PUSTERUS,

VETUS GERMANORUM IDOLUM;



Scala pedum duorum

Quod denud

In lucem protrahunt,

Et meditationibus historicis illustratum,

PRÆSIDE

DN. IMMANUELE WEBERO,

CONSILIARIO HASSO-DARMSTADINO, JURIIUM

ET HISTORIARUM PROFESS. P. ORDINARIO,

Publica eruditorum censura

Ad d.

subjiciet

JOH. PHILIPPUS CHRISTIANUS STAUBIUS, MICHELSTADIENSIS.

GLIESSÆ, Typis Johannis Mülleri, MDCCXVI.

PUS TER US
VETUS GERMANORUM IDOLUS



TR ESIDE
DN IMMANUEL WEFERO
CONSILIARIO HA RD PARMSTADINO TURINI
ET HISTORIARUM PROFESS O ORDINARIO

Publica Universitatis regimine
Ab d
1794
JOH RICHARDUS CHRISTIANUS STABUUS, Medicus Turinensis
Lecturae Praefectus, et Praefectus Librorum Turinensis
Classis, Typis Johannis Mollati, MDCCLXXI

SERENISSIMO
PRINCIPI *atque* DOMINO,
DO. GUNTHERO,
PRINCIPI SCHWARZBURGICO,
COMITI de HOHNSTEIN, DYNASTÆ
ARNSTADII, SONDRERSHUSÆ,
LEUTENBERGÆ, LOHRÆ, ET
CLETTENBERGÆ;
cætera:

PRINCIPI ac DOMINO suo
CLEMENTISSIMO,

DISSERTATIONEM
HANC
ACADEMICAM

submisso animi
obsequio

D. D. D.


Jo. Philipp. Christian. Staubius.

SERENISSIME PRINCEPS;
PRINCEPS *ac* DOMINE CLEMEN-
TISSIME.



Magnum sane quid aggredior, dum Illu-
strissimum SERENITATIS TUÆ
Nomen Dissertationi huic præsentî præ-
figere audeo, nec nomine ego, nec ullo,
vel minimo merito TIBI cognitus.
Dum tamen constante fama, atque omnium, quibus
aditus

aditus ad SERENITATEM TUAM patuit, sermone
 singularis TUA in literarum studiis, maxime, quæ ad
 summa natum & educatum PRINCIPEM decorant, præ-
 stantia celebrata est; non dubitavi, præsertim, cum
 Magnus Dominus Præses stimulum addiderit, dux-
 que & auctor in eligendo præsentem Themate de Pustero,
 qui in Cimeliis Vestris, multorum, sed infelici labore
 descriptus, adseruatur, fuerit, ut paucas hæc pagellas
 ad SERENITATIS TUÆ, ea, qua decet, & par
 est, devotissima animi submissione, pedes deponerem.
 Hac igitur spe erectus confido, id, quidquid paucarum
 pagellarum opus est, SERENITATEM TUAM
 serena accepturam fronte, nec ægre laturam, quod sub
 eo NOMINIS TUI auspicio in publicum prodire
 ausus fuerim. Id si obtinero, non desistam æternum
 Numen supplicibus venerari precibus, ut TUAM
 SERENITATEM, totamque SERENISSIMAM
 GENTEM SCHWARZBURGICAM in uberio-
 rem S. R. Imperii splendorem, in singulare consolatum
 multorum, præprimis verò subditorum, salvam incol-
 lumemque ad fera usque, si qua ventura adhuc sunt,
 secula conservare, sicque huic SERENISSIMÆ
 DOMUI sua gratia semper adesse velit, ut ex SERE-
 NISSIMA atque antiquissima GENTE SCHWARZ-
 BURGICA,



BURGICA, &, si quid votis addendum est, ex TUA
etiam PROGENIE, successores nunquam defi-
ciant.

SERENITATIS TUÆ

Scribendam Giesse,
d. XXV. Augusti,
A. MDCCXVI.

*devotissimus ac subjectissimus
servus*

J. P. C. Staubius.

Præfatio ad Lectorem.



DE antiquo Germanorum Idolo, *Pustero*, multi multa passim tradiderunt; sed pauci vera, plerique in narrationibus suis ita discrepantes, ut, de qua,

Tu mihi sola places,

dici possit, adhuc ferè in ambiguo relinquatur. Primus, ut, nobis quidem constat, mentionem ejus facit Ge. Fabricius, *de Rebus Metall. Cap. de ære.* Deinde Theod. Zwingerus, *Theatr. vitæ human. Vol. III. L. I. f. 614. col. 1.* Merian, *Beschreibung des Ober-Sächs. Creyses / Tit. Sondershausen. f. 178.* Andr. Toppius, *in Descript. Sondershausen / Sect. V. vom Püstrich.* & ex eo Jo. Christoph. Olearius, *Syntagm. rer. Thuring. voc. Sondershausen s. V.* Porro ex recentioribus Henricus Ernstius, *Varr. Observat. L. II. c. 39. ubi & figuram Idolis exhibit.* Casp. Sagittarius, *Antiquitat. Gentilismi & Christianismi Thuringici, L. I. c. 2.* Benjam. Schaff | *Descript. Juniperi, cap. IIX. p. 104. seqq.* Jacobus Tollius, *Epist. Itinerar. I. num. 24.* edit. Amstelodami. MDCC. ab Henric. Christ. Henninio, *qui in Notis, p. 34. seqq. prolixius de eo egit;* Tenzelius, *Monatl. Unterred. Mens. Jul. 1689. p. 718. seqq.* Heinr. Sikius, *Biblioth. nov. libror. Tom. V. Mens.*

A 2

Novembr.

Novembr. & Decembr. p. 726. & novissime Auctor *Observation. Miscellan. über allerhand Curiose Materien. Lips. 1713. Part. XVI. p. 330. seqq.* ut taceam Pratorium, in *Allectryomantia*, item *Magia divinatorice & operatrice*, sub ficto nomine Francisci Monadi evulgata, quem fabulis omnia conspurcantem nominasse vix operæ precium fuerat. Figuram Idoli plurimi ex his exhibent, sed vix à quoquam rectè delineatam; & meminit quidem laudatus Sagittarius, proximè elapsò seculo eam ære ex scriptam, cum hac epigraphæ:

Siehstu diß Bild / und bist ein Christ
Danck Gott / daß du errettet bist;
Durch sein Wort von der Heydenschafft
Zum Christlichen Glauben gebracht.

Quod ita reddas Latine:

Efficiem adspiciens istam, gens dedita Christo,
Lætificâ grates dicito voce Deo,
Qui Tibi per verbum patefecit Lumina vera,
Ne posthac iterum numina falsâ colas.

Unde autem hoc habeat B. Sagittarius, non constat; nobis, quam Ernstius *l. c.* exhibet, sed ligno incisam, antiquior illâ nondum visa est. Ectypa ex indulgentia *Serenissimi Principis Schwarzbürgici*, Dn. **CHRISTIANI WILHELMI**, ad preces B. Joach. Felleri, procurante Magnif. Dn. Præside, in Bibliothecam Academicam Lipsiensem, & paucis abhinc annis, ex simili *Principali* concessione, in Academiæ nostræ Bibliothecam illata fuit, ubi ad protypum accuratè expressæ adhuc conspiciuntur. Excitavit hoc antiquitatis Germanicæ monumentum quamplurimos, ut solidi quid & certi de eo scire deside-

desideraverint, cum vaga sint & varia admodum superiorum scriptorum Relationes. Et jam eo tempore, quò Dn. Præses in Aula Schwarzburgico-Sondershusana, ubi Idolum adservatur, Archiotæ munere fungeretur, animum induxit, quicquid de eo compertum haberet, cum eruditis communicare; Sed intervenerunt impedimenta, quo minus cœpta perficere potuit, licet cum à Tenzelio, tum ab Henninio, & c. aliisque ad ea perficienda tantum non provocatus fuerit. Nuper igitur, ubi de Themate Dissertationis Historicæ eum consului, auctor suasorque extitit, ut Idolum illud explicandum mihi sumerem, suarumque schedarum, quas de eo argumento collectas haberet, copiam obtulit; in quo cum lubenti animo ad assensum me pertrahi paterer, enatum inde est hoc quale quale Specimen Academicum, studiorum meorum quasi quoddam tyrocinium, Lectori forte non omnino ingratum, nec utilitate sua destitutum. Ita autem id, quicquid est opellæ, disponendum putavi, ut *duabus Sectionibus* absolveretur, quarum *priore* de Idolis & Idolalatria Veterum Germanorum generatim; *posteriore* verò speciatim de Idolo Püßtero agatur. Si qua non exactè satis & eliminatè in his posita fuerint, non tamen de favore & gratia Benevoli Lectoris omninò desperabo, quem Juvenilibus laboribus ita faventem fore confido, ut, quod Comicus vere dixit: *homo sum, humani à me nihil alienum puto*, eò etiam me frui facile sit permissurus.



SECTIO PRIOR,
DE
IDOLIS ET IDOLOLA-
TRIA VETERUM GERMANORUM
IN GENERE.

ARGUMENTUM.

- §. I. *Nulla Gens sine Religione, nec Veteres Germani ea destituti.*
- §. II. *Idola, Germani Veteres vel Catholica vel Topica habuerunt.*
- §. III. *Exhibentur Catholica.*
- §. IV. *Topica in scenam producuntur.*
- §. V. *Agitur de Locis, ubi ea coluerint.*
- §. VI. *Exponuntur Sacrificia & ritus.*
- §. VII. *Quos Sacerdotes habuerint, disquiruntur.*
- §. VIII. *De Scriptoribus huc facientibus, remissive.*

§. I.



Quanta hodie, per Dei gratiam, religionis nostræ puritas, tanta fuit ejusdem olim deformitas, nec ipsa tamen omnino nulla, siquidem Idololatriam honesto Religionis nomine appellare licet. Nullus mihi persuaderi patiar, extitisse unquam, qui omnem plane divinitatis sensum exuerint, barbarie licet crassissima immerfos populos. Sola namque vis ista *καὶ τὴν ἐννοσίγαιαν*, si vel maxime aliis



me aliis natura non gaudeat argumentis, sufficit ad probandum esse aliquem, qui præmiis virtutes ornet, vitia puniat, summum scilicet rerum omnium directorem atque diribitorem. Et hæc quidem adeò evidentia sunt, ut, qui inficietur, id à saniorum judicio haud impune sit laturus. Longe vero hoc ineptius adsertum, si, cui populo Numinis alicujus, falsi licet, sensum concessisti, omnem tamen ejus cultum ei denegaveris, quod Julium Cæsarem (a) fecisse, qaando *veteres nostros Germanos neque Druides habuisse, qui divinis rebus præsent neque sacrificiis studuisse,* sunt, qui ratione tamen destituti, existimant.

Nullum equidem apparet dubium, Germaniam ab initio, quo hæc oras nepotes & descendentes ex Noachi filio Japheto, quæ receptissima sententia est, incolere cœperunt, verum Deum agnovisse (b) & vel maxime à Chamarum religione f. idololatria abhorruisse. Quemadmodum vero omnis idololatria ex animi à Deo discessione ortum traxit, ita etiam Germaniæ incolæ, à majoribus suis introductum veri Dei cultum deserendo, tandem aliarum Gentium Idololatriam imitati sunt. Constitit autem ea primis temporibus in simplicissimo corporum cœlestium, Solis maxime & Lunæ cultu, qui sequioribus seculis mutatus, multisque figmentis sacerdotum ita auctus fuit, ut parvis istis, quæ de veri Dei cognitione remanserant, scintillis plane extinctis, denique in spississimas

(a) *Bell. Gall. L. VI c. 23.*

(b) *Schedius, de Dis Germanis, in Dedicat. p. 14. & Syngram. I. c. 11. Conf. Aventin. Annal. Boj. L. I.* Idque præcipue inde colligitur, quod insulas gentium, & amplissimas earum regiones Japheti ex Gomeri posteros vera Religione imbueros occupasse Sacer Codex refert, *Genes. X. v. 5.*

mas errorum tenebras inciderint. Dum igitur Idola ista & numina recensere volumus, ut ordine progrediamur, primum illa, quæ ab universa Germanorum gente, vel maximâ saltē ejus parte culta; deinceps ea, quæ certis provinciis aut locis peculiariter fuerunt, videbimus, unde *Catholica illa, Topica hæc, vel, si mavis, illa majorum, hæc minorum gentium*, nominare commodè forsitan licebit. Distinctio hæc, tametsi utilis valde & necessaria, ab omnibus tamen, qui veterum Germanorum Idololatriam descripserunt, pene neglecta, aut non bene satis adplicata fuit. Invenies equidem apud Johannem Piccardum, in *Antiquitatibus Drenthicæ*, (c) libro alias rarissimo & doctissimo,

(c) Johan Picardt, Korte Beschryvinge van einige Vergetene en Verborgene Antiquiteten, der Provintien en Landen, gelegen tuschen de Nord-Zee, de Issel, Ems en Lippe. Propter libri raritatem non erit tadio ipsa Auctoris verba adscribere. Ita autem habent, p. 65. seq. Hare Heydensche abgoden zyn gheveest Gemeyne, die zy met andere uytlandsche Nationen hebben gemeyn gehad: of besondere. dre zy alleen in dese Landen, als Land Goden vereert hebben. De Gemeyne Zyn geveest Mercurius, Mars, Hercules en Isis, Die Landt-Goden en Godinnen zyn geveest veel maer ten deete in t' vergetenboek gestelt. Neb-allenia is een Af-godinne geveest, in oude tyden geert in Zee-Landt, en Mischien oock aen de Zee-Kuste in Holland; en ick geloove, dat van dese Nehallenia van daen komt de naem van Hallen, das nu gennaemt vvert Egmond, en van de eerste en oudste Geschieden van Holland. Vorders zyn in dese Landen geert Labra, Welda, Aulrinia, Retto, Jecha, Siba, Hefus, Radigast, Freja, Sovanderist, Wodan of Wonda. Een schoen Geselschap. Hoe moet den Satan in syn vyft glacchen hebben, als by dit wayle Snoode gespuys hier en in de omliggende Landen heft in gedrongen, om als Hem welcke Goden en Godinnen,

fimo, quod *Idola* Germanis attribuat & communia, & peculiaris, gemeyne *Asgoden und Lande-Goden* en *Godinnen*. Illa sic dicit, quæ communia habuerint cum aliis populis, *Ægyptiis, & Græcis*, e. gr. *Mercurium, Martem, Herculem, Isidem*; hæc vero, quæ Germanis, maxime intra confinia Oceani Septentrionalis, *Issala, Amasy* atque *Lippia* habitantibus propria, quorum magnum Catalogum nescit; sed quare, hoc sensu, nostram eam non faciamus sententiam, paucis aperiendum est. Vero quam maxime fit simile, Gentiles, dum *Sol & Luna*, corporum cœlestium præstantiora, in admirationem rapuerunt, quin & intuitu singularis eorum in inferiora hæc influxus fuisse permotos, ut iisdem præ cæteris omnium primo Deitatem attribuerint. Unde mirum videri non debet, si & Germani veteres, cum plerisque aliis populis, in eundem cultum conspiraverint (d) quamvis Historici in Deorum

B

quos

Godinnen, met aenbideling Offerlanden en eerbiedigheyt, geert te vverden. Sommige van dese Quanten kent men vvel, en men vvet, van vvat Stof sy zyn opgeleyht geuvest.

- (d) Luculentum in hac re testimonium habemus *Julii Cæsaris*, quando, *Germani*, inquit, *Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus apertè iurantur, Solem & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.* *Bell. Gall. L. VI. c. 21.* Antiquissimum, & ex suo tempore loquentem, hunc testem meritò laudamus, licet *Vulcanum* superaddat, Germanis eò nomine nec cognitum, nec cultum. Ipsa enim res salva est, & per *Vulcanum Thor*, id est Deum tonantem, seu tonitrua excitantem intelligi, suo locò jam statim dabimus probatum. Cæterum, quæ de *Mercurio, Apolline, Marte, Ioue, & Minerva* addit *ibid. c. 17.* ad Gallos in specie, quibus plurimum cum Romanis fuit commercii, spectare textus ipse satis clarè innuit.

quos coluisse perhibentur, recensionē admodū variant, & ingentem eorum numerum ipsis adsignent. Cujus, inter alias, forsitan & hæc causa est, quod antiqui Scriptores Romani, dum linguam & res nostrorum non satis exploratas habuerunt, ob similitudinem, cumque his Sacris quandam convenientiam, suorum quoque vel ab aliis cultorum Deastrorum nomina Germanis imposuerunt. Ecquis enim crediderit, Vulcani, Martis, Herculis, Mercurii & similibus vel Sacra, vel exterarum gentium nomina, in ea temporum ruditate & simplicitate, *ubi secreta literarum viri pariter ac femina ignorabant*, ubi adhuc tum nullum, aut tenue cum exteris commercium, nostris fuisse cognita, licet sequioribus temporibus, ex quo Germani exteras nationes frequentarunt, talia secum adduxisse, forte etiam suorum Deorum nomina cum peregrinis commutasse, in dubium vocari nequeat.

§. III.

Jam ad *Catbolica* ista Numina, seu Idola potius, nos conferendo, in duas classes eadem cum Gerard. Jo. Vossio (e) discernemus; quarum priore *naturalia*, posteriore *animalia* exhibeantur. Ad priora pertinet modò adductum

Julii

(e) *Idololatria*, L. I. c. 37. p. m. 271. Ita enim Veteres; & vocabant *Deos animales*, quibus origo animalis erat, seu homines, quorum animæ in Deos versæ; uti contra *Dii naturales* cætera ipsis dicebantur, quæ divinis honoribus adfecta; eaque inter præcipue *Sol* atque *Luna*; *Vossius*, l. c. c. XI. pag. 83. c. XXXIX. pag. 279. Ubi sane mirum videri possit; *Eliam Schedium*, dum professò studio hoc argumentum tractat, nullò profusò discrimine observatò, Germanorum idola enarrasse; nisi ex toto ejus opere constaret, tumultuariè, non maturo judiciò à juvene, satis quidem aliàs docto, factum hunc fuisse productum.

Julii Caesaris testimonium, ex quo *Solem & Lunam* universos Germanorum populos adoravisse luculenter apparet. De *Vulcano*, quem duobus istis adjungit Caesar, aliis suas opiniones relinquo; mihi id persuasissimum est, tonitrua, ut Deum quendam tonantem, nostros imaginatos, eumque aequali cum Sole atque Luna honore veneratos fuisse, licet ob diversum finem, scilicet, ut hic *ne noceat*, quemadmodum ceterorum *opibus se juvari* apertè perspexerunt. Antiquissima sanè Germanorum vox *Dor* vel *Thor* ex *Donner* contracta est, undè der *Dorstag* vel *Donners-tag* / quemadmodum etiam Latinos ab altitonante Jove hujus Dei diem appellare notum est. Quod autem *Vulcanum* nominavit Caesar, id & suo apte ingenio & ad mentem fabularum Poëticarum fecit, utpote à quibus *Vulcanus* Jovi patri fulmina fabricare dicebatur (f). Ex *Corn. Tacito* ad hanc classem naturalium si retulerò *Erbum* vel *Hertum* (g), & *Matrem Deorum* (h), à verò non puto me esse aberraturū. Per *Herthum* enim *terram* intelligi monet ipse *Cornelius*; & quis non videt, Germanam vocem *Erð* Romanâ flexione, quod cum multis aliis accidit, in *Herthum* fuisse mutatam. *Mater* autem *Deorum* sine dubio & ipsa terra est; quod epitheton utrum ad imitationem aliorum populorum, qui terram ita salutarunt, ceu apud *Cluverium* & *Schedium* (i) pluribus videre est, Germani verè attribuerint; an verò, quod magis placet, de suo addiderit,

B 2

(f) *Æneid. Virgil. l. IIX. v. 424. seqq.* Conf. *Natal. Comit. Mytholog. L. II. c. 4.*

(g) *Corn. Tacitus, de Mor. Germ., c. XL.*

(h) *Id. c. XLV.*

(i) *Cluver. l. c. Schedius l. c. Syngramm. l. c. p. 148. seqq.* Conf. *Kirchmaier, Not. ad C. Tacit., cap. XLV. pag. 441.*

rit; & ex uno Numine duo fecerit Tacitus, aliis judican-
 dum relinquo. Sanè multum, imò plurimum Terra de-
 tulisse Germanos palàm est, non solum propter commu-
 nem, quam Jul. Cæsar adducit, cultus rationem, quod
illius opibus apertè jurarentur; sed &, quod dicitur, id est,
indigena, haud alià ducens primordia gente,
sed cælo producta suo,

ab aliis habita Gens nostra, & ipsa de se non aliter persua-
 sa fuerit (k). Et quamvis hanc Deam non ab universo Ger-
 manorum populo, sed à certis tantum nationibus cultam
 Tacitus memoret, eadem tamen non minimam Germa-
 niæ partem inhabitant, ut ex dictis Capitibus XL. &
 XLV. adparet. Quin imò incertum est, annon & idem
 apud alios cultus, dum exactam satis notitiam de
 Patriæ nostræ statu aliàs fat abundeque sollicitus Autor
 fortè non habuit, aut acquirere non potuit. Sed quid
 de *Iside*, cui partem Suevorum sacrificasse Tacitus testis est (l),
 censendum? Germanis proprium id Idolum non est, de
 quo fors nemo dubitaverit. Sed aliundè, & quidem, ut
 opinor, vel ab ipsis Romanis, quibus crebriora cum Sue-
 vis bella; vel ab iis Germanis, qui per profectioes in Ita-
 liam institutas Romanorum quoque Sacra addidicerant, in
 patriam adductum, id quod monumenta Inscriptionum
 Latinarum in Isidis honorem compositarum, quarum in
 Suecia reperta sunt vestigia, edocent. Ipse Tacitus *peregrini-
 num sacrum* agnoscit, & *causam illius introducti pariter atque
 originem se ignorare confitetur.* Julii Cæsaris tempore id in
 Germania nec tum cognitum ex eo luculenter patet, quod
 reli-

(k) Tacit. *l. c. c. 2.* Conrad, *Celtes*, *l. II*, c. 14.

(l) Tacitus, *cap. LX.*

veliquos Deos, scilicet præter Solem, Vulcanum & Lunam
 ne jam à quidem suo tempore nostros accepisse, disertè pro-
 nunciat (m). Quicquid autem sit de origine & adventu
 Isidis; id tamen extra dubitationis aleam positum esse vi-
 detur, ad naturalia id, quicquid est, Numinis referen-
 dum, & solò peregrino nomine atque colendi modò à
 Terra vel terra fructibus distare. Siquidem per ea, quæ
 pluribus testimoniis probat El. Schedius (n), & terra &
 terræ proventus, quos aliàs Gentilium superstitione Cereri
 attribuit, sub Isidis involuero indigitati fuerunt; ut in-
 dè ex nominum multiplicatione Numinum chorus non
 amplificandus. A Numinibus naturalibus nunc ad ani-
 malia pergendum est, per quæ Gentis conditores, vel
 Heroes intellectos volo, in quorum memoriam statuas
 aliaque publica honorum monumenta primùm condita,
 undè tandem veneratio talis in Religionem conversa, &
 animabus, quasi per ἀποδίωσιν, cælitum cætui adscriptis,
 iisdem ut & eorum monumentis divinum cultum exhi-
 buerunt. Huc ergò referendi *Tuiso* vel *Tuisco*, & filius *Man-*
B 3 nis,

(m) Ab Ægyptiis, μέγα λαν ἄτημα est, an jam indè à dispersione
 Gentium ex Asia ad Germanos Isidis cultus pervenerit.
 Ita quidem sentit Cluverius, *l. c. Antiqu. Germ. L. 1. c. 27.*
p. 190. Quia, inquit, *Ægyptii & Græci & Latini, simul*
Germani nostri sacra Isidis eisdem coluerunt ritibus; haud
obscurè indè patet, non ex Ægypto demum posterioribus tem-
poribus, eam accepisse superstitionem Latinos, Græcos atque
Germanos; sed jam indè à dispersione Gentium ex unâ Asia
omnes pariter in suam quosque derulisse terram. Verum
enim verò dum huic asserto omnis historica fides ita recla-
mat, ut ne quidem verisimilitudini locus sit, mirum est,
viro πολυμαθεστάτῳ talia potuisse excidere.

(n) Elias Schedius, *l. c. pag. 156. seqq.*

mus, quos pro Diis gentisque conditoribus Germani celebrarunt, teste Tacitò, (o). Quæ de *Hercule & Ulyffe*, huicque positâ arâ idem refert (p) vel planè fabulosa sunt, quibus & ipse Tacitus parum fidei habuit, suamque narrationem hoc epiphonemate claudit: *que neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suò quisque demat, vel addat fidem*; vel, si quid utique ex vero subest, sine dubio Romani & Itali, suppressis virorum fortium genuinis nominibus, Mythologicis externorum appellationibus id incrustarunt (q). Idem de *Mercurio* iudicium esto, quem eò nomine coluisse Germanos, licet Jul. Cæsar (r) & Tacitus (s) affirmant, tamen ne quidem verisimilitudo ipsis adaminiculatur, dum per temporum illorum ruditatem, & ob nullum cum Romanis commercium de tam sollicitâ istorum sacrorum receptione cogitare vix licet. Neque de *Marte* aliud dicendum est, &, quicquid aliis videatur, vel *Tuisconi*, vel *Arminio Cheruseorum Duci*, vel alii Germanorum Heroi falsa isthæc nomina adplicata censeo. Circa *Gedan* vel *Wodan*, quem etiam pro Numine coluisse Germanos referunt Paulus Diaconus (t) & Gothofredus Viterbiensis (u) varie se torquent Interpretes, dum plerique *Mercurium* (w) hâc voce indigitari putant.

(o) Tacitus, *l. c. c. II.*

(p) Idem *l. c. c. III.*

(q) *Herculem Germanicum Germanis etiam hoc nomine vocatum non existimo; sed Germanicam appellationem Romani Romano nomine sic reddiderunt.* Vossius, *l. c. L. I. c. 37.*

(r) Jul. Cæsar, *Bell. Gall. L. VI.*

(s) Tacitus, *l. c. c. IX.*

(t) Paul. Diaconus, *Rerum gest. Longobard. L. I. c. 9.*

(u) Gothofr. Viterbiensis, *Chron. Part. XVII.*

(w) Cluver. *l. c. L. I. c. 26. L. III. c. 34. 44.* cui tamen expositioni contradicit Vossius, *l. c. L. I. c. 37.*

pütant. Missis aliorum sententiis ego putō, non speciale & proprium certi alicujus Numinis, sed generale & Appellativum cujuscunque Dei id nomen fuisse, cum de alio, quō *Deum* in genere expresserint Germani, non constet, neque tamen vero sit simile, eorum linguam Appellativo prorsus caruisse. *Wodan* ergo, Accusativi casus, est in Nominativo *Woda*; undè, cum quoque *Wvoda* inveniat, facillè evenire potuit, ut abjectâ literâ *w*. voces *Goda*, *Gota* remanserint, quemadmodum hodiernum *Got* vel *Gott* Teutonicâ linguâ Deus dicitur (x). Illud quidem ex multorum testimoniis, à Jo. Scheffero (y), magna cum industria collectis, patet, Suecos, qui antiquis Germaniæ Populis, sub *Svionum* nomine, à Tacito rectè accensentur, Upsaliâ juxta cum aliis Diis, *wodan* quoque fuisse veneratos; sed variatur in nomine, dum & *Othinum* & *Oden* alii nominant, ut alia taceam, quæ dubium reddunt, an, quod ut speciale adorarunt Idolum Septentrionales populi, idem quoque tali modo à reliquis Germaniæ incolis cultum fuerit. Sed hæc de Catholicis Germanorum Idolis sufficiant.

§. IV.

Accedemus nunc ad *Topica*, sive ea, quæ nec in tota Germania, nec in pluribus ejus provinciis, sed vel in unâ tantum regione, vel in certo quodam locò culta fuerunt. Licet enim antiquissimis temporibus sola ea, quæ modò commemoravimus, Idola nostris suffecerint; sum sit tamen cum tempore, quod ubique terrarum factum est,

(x) Conf. Cluver. *l. c. L. l. c. 26. pag. 183.*

(y) Jo. Schefferus, *Upsaliâ*, c. V. § VII.

est, superstitio incrementa (z), sic, ut impossibile sit, plenam & exactam istorum, quæ minorum Gentium Deos supra diximus, recensioem instituire. Sufficiat igitur per lancem quasi saturam eos exhibere, &, dum neque ad animalia neque ad naturalia Idola referri possunt, ad superiorum differentiam (aa), qualem etiam aliæ Gentes, Græcæ pariter atque Romanæ, constituerunt, *Dæmonum* in classe collocabo. Undè autem recensioem in initium facere debeam, vix liquet. Occurrit quidem celebratissima à Saxonix inferioris populis, Westphalis præsertim culta *Irminisula*, cujus accuratissimam descriptionem debemus viro insigniter docto & longiore vita dignissimo, Ernesto Casimiro Wasserbachio, (bb) qui aliorum circa hanc Statuam erroneas opiniones sollicitè discussit; sed, quod ad *animalia* potius Numina, quàm ad *Dæmonia* tanti Herois cul-

-
- (z) Jam tum Corn. Taciti ætate præter publica Numina & *penates Deos* fuisse Germanis nostris, patet ex loco, *Annal. L. XI. c. 16.* Qui autem & quales fuerint, non liquet: dubium tamen vix superest, ex conversatione cum Romanis temporum successu eorum sacris fuisse infectos. Conf. Sched. *l. c. Syngramm. IV. c. 1.*
- (aa) De discrimine, quod inter Deos atque Dæmones intercedit, ut & de Dæmonum apud varios populos cultu, videri possunt, Vossius, *l. c. l. l. c. IIX. seqq.* Cluverius, *l. c. L. I. cap. 31.* Schedius, *l. c.* Hoffman. *Lexic. Universali*, Tom. utroque, in voce *Dæmon.* Eusebius, *Προπ. L. IV. c. 3.* contendit, vocem *Δαίμων* semper in malam partem sonare, undecunque demum ejus origo arcessatur. Cæterum de vario ejus significatu pluribus agit Dausquejus, in *Basilium Seleucid. p. 62. seqq.*
- (bb) Ernest. Casimir. Wasserbach, *Dissertatione de Statuâ illustri Harminii; edit. Lemgovia A. 1698.*

cultus, imò ad *Catholica* potius, quam ad *Topica Sacra* referri par est; ideoque missa nunc hæc faciens ad laudatum Scriptorem; si quis plura desideret; Lectorem remitto. Erit tamen infra, ubi de *Statuis* acturus sum, occasio, nonnulla de hac Irminsula in medium proferendis. Juvât, ad Septentrionales populos; & eos, maxime, qui Scandinaviam inhabitant, primum exspatiari, in quam Asiæ populos aliquos, pronò per Bosphorum Thracium tractu, in Europam perductos, tandem se infudisse, ac, cum regiones ista hominum multitudini amplius non sufficerent, ductis inde per diversa temporum intervalla coloniis, successivè alias atque alias terras, denique & Germaniam nostram occupasse; communis ferè sententia est (cc). Invenias igitur hic, præter *Catholica*, sc. *Thor-nem* & *Othinum* vel *Odinum* (dd), quos supra jam memoravimus,

C

(cc) Hinc enim Gothi, Vandali, Longobardi, alique populi profecti feruntur, & ea propter ob numerosas inde emissas colonias *Vagina Gentium* à Jornande dicta *Scandinavia*. Baurand. *Lex. Geograph.* in hac voce. Conf. *Lazius*, de *Migrat. Gent. L. 1. L. IV. & passim.*

(dd) Duobus hisce addenda *Frigga Dea* à Septentrionalibus culta, quam Othini uxorem fecit antiquitas. Credita fuit Dea pacis, fecunditatis, ubertatis, amorum atque amicitiarum. Non aliam fuisse ac *Hertam*, & quæ aliàs *Cereri* aut *Veneri* à Græcis Romanisque attribuuntur, ea omnia in hanc *Friggam* quadrare, probat Schefferus, *Upsal. antiq. c. III.* Cæterùm, quæ de Scandinavia dixi, non de hac sola intelligi velim; dum quoque apud *Danos* tria ista *Catholica* Numina in veneratione fuisse satis constat ex iis, quæ apud Saxonem Grammaticum, *Hist. Dan. L. VI. p. 103.* & apud Stephan. ibi, in *Notte. p. 135. seq.* nec non ap. *Ol. Wormium, Fast. Dan. L. 1. p. 52. seq.* legi merentur.

Danis

ravinus, & Upsalia alibique in Scandinavia cultos fuisse Schefferus late docet (ee) *Topica & minorum Gentium*, quorum hac laudatus Scriptor recenset nomina: *Metbodin, Fro, Oller, Vagnosh, Hading, Vgariloch, Roistoph, Koster*. (quamquam de quinque posterioribus, an divino cultu mactati, dubitet) *Njord, Fræg, Balder, Haldan* (ff). Hac de populis trans mare Balthicum habitantibus olim Germanorum nomine, in acceptione latiore, comprehensis; nunc de nostris, ac primo quidem de iis, qui cis mare sedes habentes Slavorum voce quondam notati, deque eorum Topicis Idolis, nonnulla commemorabo. Incipiam autem à *Rugianis*, insularis licet, ora tamen maritimæ tantum non contiguus. Adoraverunt illi, in metropoli *Arcona, Svandevvitum*; quo de ita *Helmoldus*: *Inter multiformia Slavorum nomina præpollet Zvantevith, Deus terra Rugianorum, utpote efficacior in responsis, cujus intuitu ceteros quasi Semideos estimabant* (gg). Figuram ejus ita depinxit Saxo Grammaticus: *Ingens erat simulacrum, omnem humani corporis habitum granditate transcendens, quatuor capitibus, totidem cervicibus mirandum, è quibus duo pectus, totidemque tergum respicere videbantur. Corrasse barba, crines attonsi figurabantur. In dextra cornu,*

vario

Danis præterea, quod obiter noto, etiam fuit Idolum *Fofete*, in Insula, quæ ab eo nomen accepit, *Fofetsland*, in Danorum atque Fresonum confinio sita; hodiè *Heiligeland*. Idolum diruit S. Ludgerus, uti in Actis ejus videre licet, ap. Dn. Leibniz. Scriptor. *Rev. Brunsvicensis*, Tom. I. pag. 90.

(ee) *l. c. cap. VI. VII.*
 (ff) *l. c. cap. IX. conf. Olavus Magnus, Histor. L. III. c. 3. & Stephanus phan. l. c. p. 141.*
 (gg) *Chron. Slav. L. II. c. 12. Cranz, Wandal. L. III. c. 37.*



vario metalli genere excultum, gestabat. *Leva arcum, reflexo in latus brachio figurabat &c.* (hh). Destructum autem fuit hoc Idolum a Danorum Rege Waldemaro I. A. MCLXXIX. quo suis & suorum armis Insulam Rugiam subjugavit (ii). Progredior ad vicinos *Obotritos, Wagrios, atque Polabos*, ubi, prater Penates, *Radegastum, Prononem & Slivam*, Topica Idola ab Helmoldo recensita invenio. *Radegastus*, Obotritorum, hodie *Mecklenburgensium*, Deus, in urbe *Rethra* in fano suo totus stabat aureus, capillis capitis arvicula dispersis alis inharebat. *Pectore tauri caput nigrum, gentis insignia, additum, quod dextra fulticiebat. Sinistra bipennem jactabat.* Ita delineat Bangerthus, ad Helmoldi Chronicon (kk). Deletum verò fuit
 C 2 hoc

(hh) *Histor. Dan. L. XIV. p. 320. seqq. Münster. Cosmograph. L. III. p. m. 772.*

(ii) Helmold. *l. c.* Conf. Saxo Grammat. ubi & cultum & interitum hujus Idoli prolixius recenset.

(kk) Ad *L. I. cap. 52. p. 162.* Caterum circa locum *Rethra*, ubi Idoli fanum extitisse memoratur, dubia occurrunt non una. Id quidem expeditum est, Civitatem eam fuisse in *Pago Rhetariorum*; fuere autem Rhetarii Slavi eorum locorum, quæ hodie Stolpenses & Anelamenses tenent, possessores. *Paullini, de Pagis antiq. Germ. p. 178, Junker, Anleitung zur Geographie der mittlern Zeiten / part. II. c. 5. p. 273.* Atqui Pagus hic ad Pomeraniam citiorem pertinet, non ad Obotritorum regionem. Deinde non convenit *Ditmaro*, qui *L. VI. p. 135.* urbem eam *Rudegast*, & maximo in honore ibidem habitum Numeu *Luarastei* nominat cum Helmoldo *l. c.* & Adamo Bremenfi, qui, *Hist. Eccles. L. II. c. 11. & L. IV. c. 12.* in *Rehra* urbe *Radegasti* fanum collocavit, ipsamque Deum Obotritorum, & quidem ejus loci præcipuum, appellat. At enim

hoc Idolum ab Ottone III. Imperatore circa A. MDCCCCLVII. tum scil. temporis, cum *Rehram*, Gentis Metropolin, cepit, soloque æquavit; quamvis etiam post eversum cum Deastro fanum cultus ejus in multis locis adhuc perduraverit (II). Plura si quis de hoc Radegasto nosse velit, eum ad Masii *Antiquitates Mecklenburgenses* ablego, quibus penè nihil eorum, quæ ad hanc rem spectant, intactum reliquit. Sequitur alterum *Wagriorum*, qui hodie partim Holfati, partim alii vicini (mm) Idolum non minus celebre, *Prono* scilicet, quod ita Bangertus describit. *Prono*, ait, *virili forma in columna stabat, coronâ caput redimitus, oblongis atque erectis auribus, altero pede tintinnabulo insistens, cretas etiam indu-*

enimverò patet conciliatio, si dicam (1) ad Obotritorum Pagum, præter Mecklenburgenses, etiam Pomeraniz ceterioris partem aliquam pertinuisse. Junker, l. c. p. 265. (2) Urbem binominem & eandem cum Rehra fuisse, atque alterum nomen ab Idolo suo Radigasto traxisse, quæ Bangerti l. c. & Maderi, ad Ditmarum, l. c. p. 136. conjectura est; aut si hoc non placet (3) cum Masio, diversas in tractu sive Pago Obotritorum fuisse urbes *Rehram* & *Riedegast*, quarum hæc *Luarasici*, illâ verò *Radegasti* Idola culta fuerint. *Antiq. Meklenb. c. IV. §. 2.* Ut taceam, non Rehre solum, sed & Mecklenburgi, & in vicino oppido Gadebusch, aliisque in Obotritorum locis pluribus Radegasto divinos honores fuisse delatos. Masius, l. c. §. 4. 169. Imò & in Pago *Bardengou* hujus Deastri cultum usitatum fuisse, non dubiis indicibus probat Christ. Schlopke, *Chron. Bardevicens.* p. l. c. 1. §. 22. (II) Vid. præter Bangert. in Nort. ad Helmold. l. l. c. 2. p. 13. Fabricium, *Orig. Saxon. L. II. ad A. 957. p. 159.* (mm) Baurtrand. *Lex. Geograph. in voce Vægia, Bangert. in not. ad L. l. c. 12.*

indutus. *Dextra ferrum rubrum, & quasi candens tenebat; altera vexilli contum quatiebat* (nn). Dicitur *Deus Aldenburgensis terræ*, ab Aldenburgo in Wagria sito, de qua civitate fufius egit Helmoldus (oo); & demolitum sine dubio fuit hoc Idolum eò tempore, quo Otto M. Imperator Epifcopatum ibi erexit (pp). Reftat Idolum tertium, *Sivva Polaborum*, five, ut hodiè audiunt, *Raceburgensium*, Dea, *quæ utraque manu in tergum rejectâ frevit, alterâ uvam cum folio viridi, pomum aureum alterâ tenens. Capilli per tergum ad poplites usque fluxere.* Ea Venus Polaborum, atque, ut nonnulli autumant, eodem in monte culta fuit, in quo poftea ab Heinrico Leone templum Cathedrale conditum (qq). Addit Helmoldus hisce Slavorum Diis *Podagam*, & *Plunense Idolum* vocat (rr), fed obfcuri nominis eft, & fi conjecturis locus, in *Plana Arce* cultores habuit. Nondum dimittunt Slavica Deaftra, neque præteriri fentio potest *Triglaß* vel *Triglas*, Idolum Stetini & quamplurimis aliis Pomeraniæ citerioris Marchiæque in locis fummo in honore habitum (ss) totum

C 3

tum

- (nn) *l. c. not. ad c. LII. p. 126.* ubi etiam *Figura Prononis* spectatur, fed descriptioni non exactè factis conveniens. Conf. pluribus Helmold. *c. LXXXIII. p. 158.*
- (oo) Chron. Slav. *L. I. c. 11. 12. 22. 23. 89.*
- (pp) Vid. Meibom. *Script. Rer. Germ. T. II. p. 393.* Et Vita Vice-
lini, *Tom. I. Script. Brunsvic. p. 774. seq.*
- (qq) Helmold. *L. I. c. 53.* Bangert. *l. c. p. 127.* qui itidem *Sivva figuram* exhibet. Conf. El. Schedius, *Syngr. III. c. 9.*
- (rr) Helmold. *l. c. L. I. c. 83. n. 3.* ubi & *Plunensis castrum* mentionem facit *n. 21.* idemque *L. III. c. 30. n. 6.* Continuator Arnoldi *Castrum Plune* nominat.
- (ss) Ex Andrea Abbate, in vita St. Ortonis, Pomeraniæ Gentis Apo-

tum ex auro conflatum, tribus capitibus constitit, de quorum occulto sensu varia variorum sunt opiniones(tt), quas vel adducere vel evolvere prolixius nunc non vacat. Lubet solum Cramerum audire: Die Stettiner hatten einen Götzen mit drey Köpfen/ zur Anzeigung/ wie sie fürgaben/ daß er das Regiment im Himmel/ auf Erden/ und in der Höllen führete/ und eine güldene Decke fürm Angesicht/ zum Zeichen/ daß er die Ubelthaten der Menschen nicht sehe/ derselbe Götz war von lautern Golde/ und stand auf dem mittlsten Berge in der Stadt/in monte Harlingorum, und man nennete ihn Triglas oder Triglass, welchen sie anbeteten und ehreten/ wie sie dann zu Jutin auch dergleichen Triglass gehabt haben (uu). Antequam hinc abeo, paucis adhuc monendum est, *Vandalis*, qui non tam re ipsa, quam nomine à Slavis differunt (ww), duo adhuc numina attribui, *Belbuch & Zernebuch*, aliis *Zerneboch*, *Zernebock*, quorum ille *bonus*, hic verò *malus Deus*. Denotat enim in

Apostoli, Stephanus, in *Notr. ad Saxon. Grammat. L. XI. P. p. 245*. El. Schedius, *de DIs Germ. Syngr. III. c. 10*. qui tamen ex Albini Chronico Misnensi, *Tit. XI. p. 148*. celatò illius nomine, deprompta audacter omnia pro suis vendidit.

(tt) Hieroglyphico hoc SS. Trinitatem innui, alii delirant; sed delirant; alii Numinis, ob numeri ternarii perfectionem, excellentiam designari putant. Vid. Laur. Peccenstein. *Theatr. Sax. P. III. c. 23*.

(uu) Crameri *Pommer. Kirchen-Historie / L. I. c. 21. p. 52*.

(ww) *Slava* denotat Germanicè Lob und Ruhm; inde Slavi quasi Lob- und Ruhmwürdige. Ludolf. *Histor. Schaumbühne / ad A. 1623. fol. 161. in Notr. Conf. Juncker, Anleit. zur mittlern Geographie, P. II. c. 3. p. 171. seq.*

in Lingua Vandalica *Buch Deum*, *Bel* verò *album*, sicut *Zerne nigrum*; indè bonus Deus der weisse Gott / malus verò der schwarze Gott / per has voces denotetur. Helmoldus de hisce Diis sequentia refert. *Mirabilis, ait, est Slavorum error. Nam in conviviiis & comotationibus suis pateram circumferunt, in quam conferunt, non dicam consecrationis, sed execrationis verba, sub nomine Deorum, boni scil. atque mali; omnem prosperam fortunam à bono Deo, adversam à malo dirigi profitentes; idè etiam malum Deum suâ linguâ Diabol seu Zerneboch, i. e. nigrum Deum appellant (xx).* Dubito tamen, peculiaria hæc Numina fuerint, an verò appellativa nomina & generalia Deorum istorum, quos vel pro beneficis vel pro maleficis habuerunt isti populi; quò de pluribus infra Capite sequenti, ubi ad cultum Idoli Pusteri pervenero. *Borussorum* etiam, dum Idola in confiniis maris Baltici adorata recenseo, superstitionem, cæteris utique non minorem, silentio præterire præsens institutum non patitur. Prolixè ea recenset, qui instar omnium hac in re esse potest, Christoph. Hartknochius, in *Descript. Borussæ antiquæ & novæ* (zz). Constituit autem eorum tres Ordines, quos ipsis ejus verbis referre placet. Ita autem habent: *Zuletzt / weil wir uns vorgenommen / von allen Preussischen Götzen / die vorzeiten allhier angebethet seynd / zu handeln / so wollen wir künfftlich anzeigen / wie vielerley Götter die alte Preussen gehabt. Næhmlich es sollen bey ihnen erstlich drey Götter gewesen seyn / die vor*

(xx) Chron. Slav. L. I. c. 52. n. 2. p. 125. Cranz. Vandal. L. III. c. 37. Schedius, *Syngram. ult. c. 13.*

(zz) *Part. I. c. 6. seqq.* ubi de aliis idololatriam hujus populi commemorantibus & refert & judicat.

vor allen andern den Vörzug gehabt / und dero
 an der Zahl drey / nehmlich Percunos, Picollos, und
 Patrimpos, welche in der Euche / oder auch unter der
 Euche zu Romove ihren Sitz gehabt. Hernach seynd
 wiederum andere geringere Götter / und deroer auch
 an der Zahl drey gewesen. Ihre Nahmen seynd diese /
 Gurcho, Wurschkacto, und Fehwambrato. Unter
 diesen hat Gurcho unter der Euche zu Heyligenbeyl sei-
 nen Sitz und Gottesdienst gehabt. Wo die anderen ge-
 wohnet / wird in unsern Preussischen Geschichten nicht
 gemeldet. Daseru aber dergleichen Götter gewesen
 seynd / so werden sie vielleicht unter den andern ober-
 zehnten Euchen gewohnet haben. Drittens / so wa-
 ren noch andere gemeine Götter / welche die alten
 Preussen an ihren vornehmsten Fest-Tagen haben pfe-
 gen alle insgesamt ordentlich anzuruffen / als da gewe-
 sen / Occopirrus, Antrimpus, Gardoëtes, Pilvitus,
 Pergubrius, Paschwitus, und andere mehr. Unter
 diese können wir auch die kleinen Götter rechnen / als
 da sind die Barstucca, Marcopeta, die Schlangen / und
 andere Thiere und Würme (aaa) / welche Götter theils
 in den Wäldern / und auch wohl in einzeln Bäumen /
 theils auch in den Häusern / und andern Dörthern ge-
 wohnet. Summatim hæc comprehensa latius & distin-
 ctè postmodum doctissimus Autor exponit, & expen-
 fis

(aaa) De Serpentum cultu vid. Euseb. *L. I. de Preparat. Evangel.*
c. ult. El. Lamprid. in *Vit. Helioab. &c.*, quæ in compen-
 dio dici possunt, ap. Hoffmann. *Lex. Univers. Contin.* in
 voce *Serpens.* De Lüthuanis & Borussis Serpentum ado-
 ratoribus, Sched. *l. sapè cit. Syngr. II. c. 39.* Hartknoch.
l. c. c. VII. §. 6.

sis aliorum relationibus atque opinionibus, eò tandem calculum ponit: A Gothis ad Boruffos Idololatriam, cultumque *prima Classis* Deastrorum, pervenisse, & sub nominibus *Percuni*, *Picollis*, atque *Potrimpi*, Soli, Lunæ, atque Sideribus divinos honores fuisse exhibitos (bbb). De

cæteris

(bbb) Duo hic observari velim. *Primo*, ad Idololatriam vetustissimis temporibus permovisse Germanos, & alios forte populos, Solis, Lunæ, aliorumque siderum, & tonitruorum aspectum; de quo jam supra. *Secundo*, ex Scandinavia, tanquam fonte, rivulos idololatriæ ad citiores Germaniæ inhabitatores prope mare Balticum fitos dimanasse; indeque, mutatis subindè idololatriæ schematicibus, prope contiguis se etiam pededentim insinuasse, donec in universo Slavorum tractu, ex influxu vario, maris quasi quoddam receptaculum invenerint. Inserviet hæc observatio sequentibus. Laudatus Hartknochius Borufforum *Perkunum*, cum Gothorum *Thorone*, *Picottum* cum *Orhino*, *Potrimpum* cum *Frigga*, eadem esse Idola, saltem communis originis propagines, non absque rationis suffragio, sentit. Addam huc pertinentia quædam ejus verba. *Perkunus* Haupt war mit Strahlen umgeben / gleichwie des Thoronis Haupt / er war auch der Gott des Donners und Ungewitters / gleichwie der Thor, wiewohl einige der Meinung seynd / daß er auch die Sonne / oder den Jupiter fürgebildet. *Picollus* ist ein Gott gewesen / der nicht geliebet / sondern gefürchtet werden wollen; und dieses kömmt mit der alten Gothen *Orhino* oder *Wodano* überein. Er war ein Gott der Finsterniß / also ist zu vermuthen / daß die Preussen darunter den *Wond* angebethet haben. *Potrimpus* sahe den zornigen *Perkunum* mit fröhlichem und lachendem Gesichte an / und war sein Haupt mit Korn-Ähren becröhnet;

D

ohne

caeteris ipse videatur. Ad Germaniam interiorē propius accedendo, intactam non possum finire Slavicam gentem Soraborum, quos Europæ Scythiæ ad Mæotidem paludem veteres habitatores aliqui faciunt (ccc), quod suô

ohne Bart / wie ein Weib gestaltet: ist für einen Gott des Getreydes / der Wohlhülfe und des Kriegs gehalten worden; worinnen er mit der Gothen Frigga, oder der Römer Venere übereinkömmet / und maquet das männliche Geschlecht / in welchem Potrimpus abgebildet wird / hiebey keine Schwürigkeit / indem die Frigga, auch bey vielen Fricco genennet / und cum ingenti Priapo fingirt / ja auch die Venus in beyderley sexu fürgestellt wird. Hartknoch *l. c. c. 17. §. 4. 5. 6.* Conf. Vossius, *L. 11. c. 27.* & Schefker, *Upsal. c. 11X.* per tot.

(ccc) Serbi etiam dicti sunt Sorabi; unde *Serveftam* seu Zerbst, urbem Principatus Anhaltini, nomen accepisse volunt. Vid. Beckman, *Historie des Fürstenthums Anhalt / Part. III. L. 2. c. 1. num. 2.* Dum verò adeo invaluit eorum populorum vis atque potestas, ut Francis aliisque vicinis propter perpetuas excursions atque deprædationes graves, imò formidandi fuerint; tandem limites istis constituti, dicti in dè *Marchia Sorabica*, quarum una in Thuringia, in Lusatia altera. Posteriori limiri *Lusatia*, quæ de Schurzfleisch, *Diss. de Marchia Misnensi, Lit. B. 1. b.* priori autem Sala, flumen, inserviit, um die Sorben davon abzuhalten; und fassete dieser Limes Sorabicus in sich einen grossen Theil der Graffschafft Schwarzburg / und der Fürstl. Saalfeldischen Landes-Portion; Juncker, *l. c. part. 2. c. 13. §. 19.* Conf. Sagittarium, *Antiquit. Ducat. Thuring. L. IV. c. 20. §. 5. seqq.* qui eò inclinat, Propugnaculum adversus hostium furores fuisse Schwarzburg quasi Sorben-vel Schworbenburg / Comitum, hodiè Sereniff. Prin.

suò locò relinquo. Id autem extra dubium est, seculò post Christum natum sextò eos in Misniam & Saxoniam irruisse, pulsisque prioribus incolis longè latèque omnia occupasse, & , partim secum allatis Slavicis Idolis, partim quoque aliis suprà non nominatis, turpissima superstitione hæcè oras, licet nec antea ab idolomania puras, nimium quantum inquinavisse. Undè Soraborum seculo *nihil Idolorum fertilius, nihil pietate sterilius fuisse*, Autor quidam anonymus, *de Paganismo*, scribit (ddd). Idolorum istorum nonnulla, de quibus vel

D 2

testi-

Principum SCHWARZBURGICORUM Castrum gentilitium. Ita enim de hac re scribit: Was die Sorbische Marck / oder die wider die Sorben-Wenden angeordnete Gränz-Festung anbelanget / so bin ich in die Gedanken gerathen / ob nicht dieselbe Schwarzburg seyn möchte. Denn weil die Sorben eine geraume Zeit daselbst auf der nähè geseßen / so ist glaublich / daß unweit davon auch die Sorbische Gränz-Festung angeleget worden. Ja ich halte gänzlich dafür, daß die Feste Schwarzburg selber / samt dem Fluß Schwarzza / von den Sorben denn Mahnen bekommen. Hæc si certa essent, uti magnam verisimilitudinem ipsis tribuit Sagittarius; indubie hinc sequeretur, jam tum magnam Illustrissimæ Genti Schwarzburgica, propter Præfecturam Marchiæ Sorabica, in iis Thuringiæ locis autoritatem fuisse. Dependebant enim eo tempore isti Marchiones sive limitum Comites, Marges Grafen / non à jussu Ducum, sed à solo Rege vel Imperatore; quod ex Antiquitatibus Germanicis facile demonstrari posset, si opus. Sed videatur Juncker, l. c. s. s. seqq.

(ddd) Ap. Peckenstein, *Theatr. Saxon. Part. III. c. 30.*

Testimonia extant, ac quorum vestigia adhuc alicubi reperiuntur, recensere non erit tædio. Incipiam autem ab istis, quæ in Borealibus regionibus jam nota, ac per Sorabos indè advecta feruntur. Et refert huc Sagittarius *Wodanum*, *Zbor*: atque *Friggam*; à Thuringis quoque, sub hisce nominibus culta; sed levibus, quibus ipse non multum confidit, conjecturis permotus (eee). Eo sensu, quo ad *Catholicum* cultum hæc in præcedentibus retuli, calculum adjicere non dubitem; ut autem sub ipsis hisce nominibus cum Thuringis innotuisse credam, causam non video. De *Svandevito* magis verisimile est, quod traditur, ei Lipsiæ in Misnia, & in locis vicinis divinos honores obtigisse (fff). Idem dicendum de *Radegasto*, *Zernebuch* & *Belbuch* (ggg).

Non procul Lipsiæ, in confinibus Pliffæ & Bardæ, fluminum, cultum fuisse idolum vel Faunum *Blinſ* sive *Blinſ* dictum, à prægrandi scilicet silice, (hhh) cui impostum

(eee) Antiquitat. Gentilissimi Thuringic. L. 1. c. 1. n. 3.

(fff) Albinus *Weisn. Land. Chron. Tit. 11. p. 148. 150.* Schneider. *Chron. Lips. L. 4. p. 140.* Heidenreich, *Chron. Lips. p. 36.*

(ggg) Vid. Autores allegatos; Albinum, *l. c. p. 194.* Schneider. *l. c. p. 141.* Heidenreich. *l. c. p. 37.*

(hhh) Aliam sententiam habet & refert El. Schedius, quæ, ob majorem verisimilitudinem, etiam magis placet. Scilicet in honorem Visilæ, vulgò *Wislai* / Vandalorum Regis, cippum hunc primò erectum, deindè idololatriæ cultu affectum, eumque Idoli cultum a Vandalis ad Sorabos temporum progressu translatum; Demum vocem *Wislai* corruptam, ut ætas omnia mutat, nunc *Wislau* / indè *Blinſ* / & a scriptoribus ignaris *Blinſ* pronunciatam fuisse. *Syngamm. III. c. 7.*

tum ; Laurentius Peckenstein (iii) ; pluresque alii commemorant. Audiamus de eo laudatum Autorem, cuius verba ita habent : Die Sorben/Wenden / nach dem sie die Hermunduros ausgetrieben / haben unter einem schönen ausgebreiteten Linden-Baume einen Faunum und Abgott/Flinz gehabt / so heftlicher Gestalt gewesen / als ein todter Körper / mit einem langen Mantel behangen / in der Hand einen Stab / mit einem brennenden Blas/Fener / und auff der linken Schulter einen auffgerichteten Löwen haltende / auff einen Flintstein stehende / welchen Abgott sie deswegen angebetet / weil sie geglaubet / der Löwe solle sie vom Tode erwecken ; und hat solchen Bonifacius zerstöhret A. 727. (kkk) An solchen Orte ist ein Klösterlein von wenig Geistlichen errichtet / so er von Manne beruffen. Das Klösterlein den heiligen Jacobo dediciret / soll / nebst den Rochlitzer/das erste gewesen seyn in diesem Lande. Juxta Stellam , hat es an den Orte gestanden / da die Pleisse und Warde zusammen kommen / und sollen zu seiner Zeit noch etliche Rudera daselbst gewesen seyn. Jungendus Flinzio est Crodo , quem dæmonem in arce

D 3

Har.

(iii) Theatr. Saxon. part. III. c. 14. p. 79. seqq.

(kkk) Suspecta hæc ideo mihi merito videntur , quia ad ista Misnia loca Bonifacium pervenisse nullibi reperio. Præferendum ergo & huic fabulæ est , quod Albinus refert : Diesen Abgott habe Käyser Lotharius , und Bischoff Adelgottus zu Magdeburg / bey den Wenden zerstöhret / da sie die Christliche Religion von sich geworffen / und diesen alten Abgott wieder auffgerichtet und angebetet haben / Weisn. Land:Chromck. Tit. XI. p. 149.

Hartesburg ad Sylvam Hercyniam, juxta montem Meliboci, civitatemque Goslariensem Saxones coluerunt. Descriptionem ejus exhibet Schedius: *Erat senex, stabat in pisce, quem persum vocant, indusio amictus, nudis pedibus & lineo vinculo cinctus. Tenebat rotam & urnam, plenam frugibus & rosis & pomis. Addit etiam Statuæ expositionem. Nuditas capitis, inquit, designabat Deum colendum puro pectore & nudo capite; lineo amiculo figurabant libertatem, pro cujus inviolato vigore hostibus, tanquam perca lupo marino, sese opponerent, etiam cum periculo vite. Et hoc præsignabat rota. Unitum enim populum esse debere, & collectis viribus in hostem eundum esse. Cestus ille lineus designabat amicitiam, qua sine sуро & macula conservari debet. Urna cum fructibus tempus notabat, quod fruges anni producit, in hominum & totius nature usus. (lll)*

Figuram Crodonis si quis intueri, & plura de hoc damone scire aveat, ei Jo. Mich. Heineccii Dissertationem, *Antiquitatibus Goslariensibus* subnexam præ cæteris commendo. (mmm) Præter nominata Soraborum idola occurrit quoque triceps (nnn) istud, quod *Grimma* (ooo)

(lll) Syngramm, IV. Cap. 2.

(mmm) Dissert. de antiquissimo regionis Goslariam ambientis Statu, & Crodone Harzburgico. c. II.

(nnn) Duo tantum Capita ipsi attribuit, & de Jano interpretatur Peckenstein. Pro sua sententiâ viri, quem tamen non nominat, docti hoc distichon adducit:

*Urbs antiqua jacet, veteres dixere furorem,
In quâ bisfrontis templa sacre Dei,
nec non aliud Chytræi:*

An-

(ooo) in Misnia, ab Electorali, quod ibidem floret, Gymnasium, notissima urbe, in ponte, Moldæ fluvio imposito, stetitse Annalium nostrorum Scriptores referunt. Speciale ejus nomen nullibi reperio; si quid tamen conjecturis indulgendum est, idem cum Trigla id fuisse, non dubitaverim; hinc fractionibus motus, quod & Lunam in manu gestavit, & Triglam plurimis Misniæ in locis pro Numine

*Ante, retrò, dextrâque videns & parte sinistrâ, obumbratus
Prudentis quadrifrons Janus imago viri est.*

Theatro Sax. sive *Poligraphiâ* c. XIII. p. 73. seq. Sed parum veri huic Conjecturæ inesse vel inde patet, quod plerique alii, qui ejus mentionem faciunt, triceps id describunt, & valdè dubium est, an de Jano Sorabis vel minimam confiterit. Conf. Albin. *l. c. XI. p. 149.*

(ooo) De nominis hujus origine variant sententiæ. A *Cremona*, Urbe Italiæ, dictam Reiner. Reineccius putat. A *Cremando*, quod Sorabi Idolo *SorneWitz* ibidem à se culto, quasi in *furore*, hominibus igne *concrematis* sacrificarint, suffultus autoritate Ge. Spalatini, de *Seculis & rebus gestis Soraborum in Misnia*, existimavit Joachim. Camerarius. Sed utramque sententiam rejecit Peckenstein. *l. c.* rectissimè judicans, vix credibile esse, ut Sorabie Latina, cujus ne quidem notitiam habuere, lingua nomen urbi imposuerint. Præfert ergò conjecturam Fabricii, qui a *Chrema*, Tartaria insigni urbe, à Sorabis olim ibidem exstructa, nomen accepisse, & in istius memoriam, postquam Tartaria expulsi populi, *Grimmam* in Misnia ædificaram autumat. De suo etiam addit, *Chrem* Vandalica lingua significare *Glehen / Sollicitudinem / Unhalten*; undè, dum in eâ Civitate triceps istud, in summo honore habitum Idolum, coluere, pronissima denominandi ratio pateat.

ne habitum commemorant. Desinerem hic in recensendis Idolorum Germaniae Topicorum nominibus, quae utique maximam partem in absconsis latitant, si non vel duorum adhuc facienda esset mentio, quae silentio praeteriri non possunt. Unum est, Dei vel Dæ, cui *Taufana Templum celeberrimum apud Marjos consecratum* memorat Tacitus. (ppp) Sed plura de his dicam, ubi ad §. phum proxime sequentem pervenero; Alterum *Tybilenus*, quem tantum non ipsum diabolum, dum vulgari loquendi modo, *der Diebel* vel *Diesel* dicitur, & a *Noricis* pro Deo cultum fuisse sunt, qui id sibi aliisque persuadere volunt. Fovet hanc sententiam Fabricius (qqq) cum aliis, sed vel solo vocabuli sono deceptus, quod jam dudum Vossius (rrr) rectè observavit, & de ipsa Tibileni voce in lon-

(ppp) Tacitus, *Annal. L. 1. c. 51.* Conf. ibi Gronov. *Not. 2.* seqq. & Cluver. *Germ. antiqu. L. 1. c. 26. p. 182.*

(qqq) A *Noricis* cultum fuisse *Tibilenum* constat autoritate Tertulliani, in *Apologético, Cap. XXX.* Sed quis inde *diabolum* exculpserit, cum *Diebel* sive *Diesel* procul omnino dubio ex Græco *Διαβολος* derivetur, quam Linguam *Noricis* ne quidem cognitam habuere. Multum ergo errat Fabricius; *Orig. Saxon. L. 1. p. 61.* qui *Tibilenum* eundem esse putat, quem *Saxones* malum dæmonem vocant.

(rrr) Vossius, *l. c. L. 1. c. 38. p. m. 281.* ubi, postquam locum ex Tertulliano adduxit, hæc subjicit: *Alii tamen locum censent corruptum, ut Nicolaus Loensis, Epiphylid. L. V. c. 15. qui pro Tibilenus corrigit Dius Belenus. Pitheus autem, Subsec. L. 1. c. 4. simpliciter legit: Norici Belenus; quod magis placet. Ut illud T. I. in Tibelenus, sit ex repetito T. I. ex Norici. Nam T. & C. in vetr.*

MSCis

longè alia abit, quæ dijudicanda doctioribus relinquo. Et hæc quidem de ipsis Germanorum Idolis sufficiant. Jam ad *Loca* pergam, ubi eorundem cultus peractus fuit.

§. V.

Ex Corn. Tacito constat, antiquissimis temporibus Germanos nostros Templis fuisse destitutos, quod hisce verbis exprimit: *Ceterum nec cōhibere parietibus Deos, neque in ullam humanioris speciem assimilare ex magnitudine caelestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant Secretum illud, quod sola reverentia vident.* (sss) *Tria* hic observari merentur, primo, *Germania* incolas initio Delubra sive templa certis parietibus conclusa non habuisse; *Secundo*, sub simulacris vel Statuis numina non representasse; ad aliarum scilicet Gentium antiquarum morem, (ttt) quod sibi pervaderent, caelestibus Diisque omnia esse debere patula, neque ædificiorum angustiis includi posse; *tertio*, sub dio, & plerumque in lucis atque nemoribus Sacra instituisse, dum utique Conventus hominum certum aliquem locum desiderarint, in quo publicæ Confessionis atque Religionis suæ negotia peragerentur. *Tanfana* (uuu) tamen tem-

E plurim

MSCtis confundi solent; ut norunt, qui eos tractarunt.

(sss) Tacitus, *Mor. Germ. C. IX.*

(ttt) Vid. Kirchmaier, *Annot. ad h. l. p. 158.*

(uuu) *Tanfana, quis Deus, quæ Dea?* quaerit Gronovius, ad Taciti *Annalium* *l. 1. c. 51.* ubi, post rejectam Cluverii,

German.

plum apud *Marsos* quondam celebre, & a Germanico destructum, cujus & jam antè mentionem inieci, fide dignus alias Autor Tacitus, in *Annalibus*, dum commemorat, in eo sibi ipsi contrarius videri possit. Sed salva res erit, dummodo hic iterum in memoriam revoce- tur, quod jam supra circa finem *paragaphi II.* notavi. Scilicet propiores Romanis populos, quales Marfi fuere, (www) dubium non est, ab iis, ut multum Idololatria, ita quoque templorum usum & structuram ad se pertra- xisse, quamvis adhuc incertum sit, quale Numen, & cul- jus nominis, ibi cultum fuerit; qui tamen de *Fauno* explicant, rem prope tetigisse videntur. Ut igitur verum manet, priscais seculis absque templis nostros fuisse; ita nec minus procul ab iis aberant *Deorum simulacra* atque *statue*, & quod de *Herculis* ad *Gades* fano olim, *Silius Ita- heus* cecinit:

Nulla

German. Antiqu. L. I. c. 26. p. 183. propositam sententi- am, ex *Tan* vel *Than*, Germanis *abieciem*, & *Fan*, prisca Gotho- Teutonica Lingvâ *Dominum* vel *Numen* denotantibus vo- cullis *Tanfanum* nomen constatam existimat, ut, stance hac valde probabili opinione, Templum hoc *Fauni* alicu- jus, nempe *Walt* & *Orta* fuerit, quemadmodum *Syl- vanos* ejusmodi generis *Idola* Romani dixerunt. Fortas- sis etiam a vero non abluet, si *Dianam* ibi cultam, & *Diane fanum* in *Tanfanum*, levi literarum & vocum im- mutatione, convertum fuisse putaveris, quam tamen conjecturam nemini obtrudo. Conf. *Meinders, Antiqu. Saxon. Dissert. II. p. 12. c. seqq.*

(www) Marfis pro sedibus eam Vesto falix partem attribuit *Clu- verius*, quæ est inter Oppida *Münster* & *Paderborn. l. c. p. 147.* & *Lucum Tanfane* abigeum inter *Amisam* atque *Luppian* fluvios collocat. *Ibid. c. XLVII. p. 204.*

Nulla effigies, simulacraque nota Deorum; *Deorum*
 Majestate locum, & sacro implere timore; (xxx)
 Idem quoque ad vetustissimos Germanorum adplicari
 convenit, neque ad *κακοεργησία* statim Diabolicam
 cum Kirchmajero, referendum, quod ex recta ratio-
 nis distamine eos hausisse ex ipsis Corn. Taciti verbis lu-
 culenter adparet. Temporum autem successu, & aliorum
 Gentium exemplis à pristina simplicitate desciscen-
 do, secretum id, quod sola animi reverentia antea viderunt,
 oculis manibusque palpandum exhibuerunt. Inde tanta
 simulacrorum & statuarum copia, in iis etiam, qui Sacra pu-
 riora quondam coluere, pene certissimum prolaptionis
 in idololatriam indicium. Hinc excogitata fictis Numinibus
 figuræ; hinc Herorum statuis divini honores decreti, facti-
 que per turpem metamorphosin Dii, qui in coelitum
 ordinem non nisi cocco adulantium Sacerdotum suffragio
 recepti. Hæc ut latius persequar, ratio non est, dum
 istiusmodi figurarum atque statuarum exempla quam plu-
 rima in præcedentibus jam adducta fuerunt, & passim apud
 allegatos Auctores earum descriptiones reperiuntur. Tan-
 tum de *Irminsula*, quæ præ cæteris se è eminent, promissi me-
 mor, nonnulla adhuc commemorare non erit tædio. Ut
 igitur extra dubium est, *Harminio*, Cheruscorum nicyto
 Duci, fortissimo Germaniæ Heroi atque liberatori, (yyy)

E 2

cam

(xxx) Silius, *Bell. Punis. L. III. v. 30. seqq.*

(yyy) Ita ipse Tacitus eum appellat, *Annal. L. II. b. 98.* & in
 egregiis ejus facinoribus obtentisque, à Romanis victo-
 riis multus est, *Annalium Libris duobus prioribus. Conf.*
Dion. Histor. Rom. L. LVII. Velleius, L. II. c. 109. Suetonis
in Vita Augusti, c. XXIII.

eam erectam fuisse ; ita non offendere debet, quando, præeuntibus, ut videtur, Romanis, ex quo suorum Idolorum nomina & cultum ad Germanos traducere cœperunt, Marti sacram hanc Columnam alii tradiderunt. (zzz) In Westphalia stetit Irmisulam, uno tantum non ore referunt Historici ; (aaaa) Sed in quo loco, discrepantes iuveniuntur sententiæ. Statbergam, ad flumen Dimele, magno molimine ei adsignat Meibomius, (bbbb) & in assensum pertraxit Illustriss. Autorem Monumentorum Paderbornensium. (cccc) Sed longius a vero hæc abesse, & ad Luppia fontes, in Monte Herminii, sive Herminens Berg, ubi, postquam Regnum affectarat Arminius, Arcem exstructam habuerit, ad flumen ambiam, non procul à Schidæburgo, & pago Hagen, in Comitatu Lippensi, sedem istius Irmisulæ quærendam multis argumentis luculentissimè demonstravit Wasserbachius ; (dddd) Cæterum ligneum ingentisque magnitudinis fuisse hunc Colossum, testimoniis antiquiorum idem Autor probat, (eeee) & Harminii effigiem ipsi superimpositam describit Cran-

(zzz) Videatur supra laudatus Wasserbach, *Dissert. de Herminisula Saxon. c. VII.*

(aaaa) Paucis exceptis, qui, quod Eresburgi stetit viderunt, hanc vocem de Mersburgo sive Martisburgo, Misnia oppido ad Salam, interpretati sunt. Satis certe erronee ; dum Varus ab Harminio devictus, cum suis copiis nunquam in Misniam & ad Mersburgii confinia pervenit ;

& fortasse ne quidem Harminius.

(bbbb) De Irmisula Saxonica, C. III. seqq.

(cccc) Monument. Paderbornens. p. 102. seqq.

(dddd) l. c. X. seqq.

(eeee) *ibid.* c. XV.

Cranzius: *Erat, inquiens armati toto corpore effigies, cujus in dextra signum militare, seu vexillum, rosam præferens; in sinistra libram expandit facile hucaut illuc inclinantem. Pedes inermes ursum præ se ferebat in clypeo leo. Floribus consito campò, in quo stabat (ttif) Impositum capiti Gallum (gggg) alii addunt; & iuxta hanc delineationem integram statuam exhibet Wasserbach, laudatæ Dissertationi præfixam, cum Meibomius solam, sine Harminii effigie, columnam, longe tamen etiam ab ea, quam ille protulit, formã diversam ob oculos posuerit. (hhhh) Carolus Cangius, postquam Cranzii descriptionem recitasset, eidem subiungit: *Sed vereor, ne ipse sit elegantis hujus descriptionis architectus; (iiii) Et sanè, quamvis de columna & Sacris Irminulæ res dubio careat; quamvis etiam Cranzius relationem suam ex veteri Chronico Saxonico depromserit; nemo tamen persuaderi sibi patietur, in ista ævi, quo Arminius vixit, ruditate, vel etiam aliquamdiu post, tam ingeniose inventum & affabrè confectum opus à Germanis, quales tum temporis erant, potuisse expectari. Ubi ergo standem, si non in Delubris & fanis, Sacra sua instituerunt Germani nostri, inquis? Et apparet sanè ex adducto Cornelii Taciti loco (kkkk) sub dio, in lucis atque**

E 3

ne-

(ffff) Cranzius, *Saxon. L. II. c. 9.*

(gggg) Georg. Fabricius, *Orig. Saxon. L. II. p. 93. & L. IV. p. 426. ad vetus Chronicon Saxonicum, Moguntia excusum, provocat. Meibom. l. c. c. 11.*

(hhhh) Meibom. *Opusc. prior. Edit. p. g. ubi dicitur Irminulæ.*

(iiii) Carolus du Fresne, Dominus de Cange, *Glossar. in voce Irminul.*

(kkkk) Ad quem videatur Kirchmaier, *in Not. ubi plures alias quoque Gentes, quæ nemora lucosque pro Sacris habuerint, recenset.*

nemoribus Idolorum cultum eos celebrasse. Præter rationem insignem ab hoc scriptore annotatam duas alias permovisse crediderim, tum, quod extruendorum magnificorum ædificiorum, utpote, sub vilissimis tuguriis habitantes, imperitiâ nostri laboraverint; tum maxime, quod regiones vastissimis nemoribus ac silvis repletæ, sat delubrorum ipsis præbuerint, & ultro velut obtulerint. Ita de plerisque, si non omnibus, jam super recensitorum Idolorum constat, non in templis, sed sub arboribus nemorosisque locis eorum Sacra fuisse instituta. *Zanfana* Templum ad exceptionem pertinere, modo ostensum; & cum idem fortè de *Irminsula*, cujus non statuum solum, sed & *sanum* destruxisse Carolum Magnum Ego Ismenfis Monachus, Lambertus Schaff. aburgensis, Cranzius, aliique Scrires fide digni referunt, dicendum sit; notandum tamen est, quantum ex aliis colligi potest, initio *sub dio in apertis campis*, & in *luco* collocatam Irminsulam; an autem postea Delubro incluserint cultores, in ambiguo relinqui (III) Eginhardus, in vita *Caroli M. solius Idoli, à Carolo everst*, non Fani, non templi, mentionem facit, cui præ cæteris dubio procul in hac re fides habenda. Firmo itaque tatio stant ea, quæ ex Tacito adduxi, in lucis atque nemoribus Idolorum cultui nostros vacasse, quod idem in specie de Suevorum Semnonibus affirmat; *stato tempore in silvam, auguriis Patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis*

(III) Fufe hæc ventilavit Wasserbach, & allegatis Scriptori-
bus autoritates Adami Bremensis, Abbar. Uspergenfis,
vetustissimi Chronici à Lambecio editi, Hülder. Mutii,
B. Rhevani, aliorumque opponit, *l. c. c. XV. seqq.*

nis populos legationibus coire. (mmmm) Singulatim hæc persequi præfens institutum non patitur, neque necessum est, cum & hoc argumentum Cluverius, (nnnn) Schedius, (oooo) Berneggerus (pppp) alique pridem occupaverint. Illud in propatulo est, multa adhuc passim in Germania reperiri loca, vel simpliciter *Hain*, vel cum præfixo aliquo, uti *Grünhain* / *Belgershain* / *Zuchshain* / *Gräfenhainchen* &c. dicta, quæ à sacris nemoribus dubuo procul id nominis retinuerunt. (qqqq) Inter omnes tamen arbores singularem sanctimoniam quercubus & nostros, ad exemplum cæterarum Gentium, attribuisse, & in quercetis omnium maximè sacra peregrisse, plus satis notum est. Undè pro summo scelere ab ipsis habitum, si quis ad usus profanos ex tali luco quercum excinderet,

*motique verenda
Majestate loci, si robora sacra ferirent,
In sua credebant redituras membra secures.* (rrrr) fed

(mmmm) Tacitus, *M. G. c. XXXIX. Conf. c. XL.* ubi in Oceani Insula *castum nemus*, nec non *Cap. XLII.* ubi apud *Naharvalos antiqua Religionis lucum* commemorat. De *Sylva Sacra* in Cheruscorum finibus, trans *Visurgium*, *Annal. L. II. c. 12.* de *Baduhenna Luco*, in *Frisiis. L. IV. c. 73.* de *Batavorum Sacro uemore Histor. L. IV. c. 14.* idem Tacitus consuli potest, ut alia loca nunc silentio præteream. *Conf. De cultu Religiosa arboris Jovis Dissert. Celeberr. Dn. Schminkii, s. IV.*

(nnnn) Cluver. *L. I. c. 37. seqq.*

(oooo) Sched. *l. c. Syngr. II. c. 24.*

(pppp) Bernegger. *Quest. 48.*

(qqqq) Peckenstein, *Theatr. Sax. Part. III. c. 9. p. 52.*

(rrrr) Lucanus, *Pharsal. l. III. v. 429. seqq.*

Sed laudat Claudianus Stiliconem, qui, perdomito Reno,
superstitionem hanc Germanos dedocuerit, effeceritque,

*Ut procul Hercynia per vasta silentia silua
Venari tutò liceat, lucosque vetusta
Religione truces, & robora Numinis instar,
Barbarici feriant impune bipennes. (ssss)*

Quamvis itaque omnis Germania, præcæteris arboribus,
in precio habuerit Jovis arborem; nescio tamen, annon
ea superstitione reliquos omnes Germanos superaverint
Borussi. Prolixè de hac re egit Hartknochius, (tttt) &
multa, sane non ubivis obvia, ad hoc argumentum ap-
primè facientia operosè collegit; quæ si quis evolvere velit,
industriæ non pœnitendum fructum ipsi polliceor. Illud
adhuc, antequam ad reliqua pedem promoveo, filere
non possum, in *Hassia* quoque nostra unam, præcæteris,
mira magnitudinis quercum fuisse cultam, à Bonifacio
seculo octavo extirpatam. De tempore, quo destructa,
& inprimis de loco, ubi steterit sacra & annosissima illa
quercus, eruditè egit celeberr. *Dn. Schminckius*, Pro-
fessor in Academia vicinâ Marpurgensi Amplissimus;
solidisque rationibus evicit, non loco, qui *Hoffgeismar*
vulgò vocatur, & ad Præfecturam Schœnenbergentem
pertinet; nec *Geismaria*, ad præfecturam Franckobergen-
tem spectanti; Sed potius tertiæ Geismariæ, in Diœcesi Gu-
densbergenfi, ad auriferam Atranam sitæ, Jovis istud ro-
bur vindicandum, eique ex vero adscribendum esse. (uuuu)

§. V.

(ssss) Claudian. *De Laudib. Stilicon. L. 1. v. 228. seqq.*

(tttt) Hartknoch. *Alte und Neue Preussen, part 1. c. 5. p. 116.*
seqq.

(uuuu) *Laudata Dissert. §. XI. V. seqq.*

§. VI.

Nunc de *Sacrificiis & ritibus*, quibus Veteres Germani in Sacris suis usi perhibentur, dicendi locus est. Ita autem de his Corn. Tacitus, qui omnium primò audiendus est. *Deorum*, inquit, *maximè, Mercurium colunt; cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Suevo- rum & Isidi sacrificat.* (www) De Diis istis quid habendum sit, jam supra monitum; quod scilicet illa Numina Romana, seu potius nomina Numinum Romanorum nec cognita nec usurpata Majoribus nostris fuerint, sed quod illa à Romanis horum Diis imposita, præsertim quando cultum Germanorum Deastrorum in quibusdam cum suis convenire deprehenderent. *Mercurio Teutatem vel Tuisconem, Gentis Conditorem, innui, maxime fit vero simile, & erroris ansa fortè Romanis indè nata, quod & Ægyptii & alii populi Mercurium Teuth appellaverunt, eique humanis victimis sacrificarunt, quod inter alia Lucani verbis confirmatur, quando sic cecinit:*

Et quibus immitis placatur sanguine dira

Teutates. (xxxx)

ad cujus imitationem Ulrichus de Hutten:]

Cernis & Alciden

Et Maja genitum Teutatem, immitibus avis

Terribili specie. (yyyy)

Plura, quæ Taciti asserta, de victimis humanis, con-

F

fir-

(www) Corn. Tacitus, *Mor. Germ. Cap. IX.*

(xxxx) Lucanus, *Pharsal. L. l. v. 444.*

(yyyy) Hurrenus, *Panegy. in laudem Alberti, Arohi-Episcopi Moguntini.* impress. Tubing. 1515.

firmant, testimonia qui velit, evolvat Cluverium, (zzzz) qui etiam de ritibus in ejusmodi Sacrificiis observatis non pauca memoratu digna exponit. Caterum non solum Mercurio, sed & Marti homines immolatos, constat ex alio Taciti loco (aaaa) unde forte dicendum, primario quidem humanis Mercurium, promiscuis autem victimis Martem aliosque Deos cultos fuisse, quemadmodum & detestanda illa Sacra atque sacrificia universam penè Germaniam pervaserunt. De Sorabis ita Ge. Spalatinus: Soraborum constans fuit sententia, Daemonia sanguine humano placari; itaque Sacerdos Zornevizi persuadebat eos, Idolum non nisi sanguine humano posse placari; unde quotannis illi hominem cujuscunque sortis, & quem fors objecerit, dicere siveverunt. (bbbb) De Svecis idem testatur Schefferus, (cccc) & de Borussis Hartknochius, quos etiam equos albos, Diis suis obtulisse refert. (dddd) De Drenthia incolis idem perhibet supra laudatus Johan Picardt, quem suo idiomate loquentem adducam. *Voorts, ait, vwaren hare meste Antbaren gemaekt von groene soden, volgens de Wyse van andere Heydenen. Op aenselven offerden zy, op gesette tyden, mit allen Schapen, Geyten, Swynen, Offen, en Koeijen; maer oock lewendige Menschen, die door het lot daertoe geroepen* vier-

(zzzz) Cluver. G. A. L. l. c. 35. p. 250. seqq. Ritibus ab eorum
centis & hic addendus, quod, more veterum Scy-
tarum, de quibus Lucanus: *omnis & humanis lustrata cru-
oribus arbor. Pharsal. L. III. v. 495. arbores Sacras im-
molatorum sanguine conspererint.*

(aaaa) Cornel. Tacitus, *Annal. XIII. c. 57.*

(bbbb) Peckenstein, l. c. c. 13. p. 73. seqq.

(cccc) Schefferus, *Upsal. X. p. 173. & 149. seqq.*

(dddd) Hartknoch, l. c. c. IX. p. 157. seqq.

vierden, of die in de Oorlogen gevangen waren; alsoo, dat menigen Roomschen Oversten en Capiteyn met syn bloedt hare Aarharen heeft waten beverlecken. En dese Offerhanden der Menschen hebben sy geeleert en onthouden von hare Voor-vaderen de Schytiers, die in de Offerhanden der Menschen gestelt hebben haren voor naemsten Godtsdienst. (eeee) Commodium hic se offert occasio, ut de Altaribus, in quibus victimæ vel mactatæ, vel immolata à Majoribus nostris fuerunt, nonnulla attingam; rem tamen in pauca redacturus. Aras itaque habuerunt, teste inter alios Tacito; (ffff) & quidem quoad formam triangulares, quoad materiam ex cespitibus viridibus constructas, ad morem scilicet aliarum Gentium, quo de Ovidius:

Araque gramineo viridis de cespite fiet. (ggggg)

Silius Italicus:

Mille hinc (venerabile visu)

Cespitibus de viridi surgunt properantius aras (hhhhh) & plures alii, apud Cluverium (iiii) atque Schedium. (kkkk) Aræ istæ in lucis erant positæ, ex quarum medio plerumque sacra quercus surgebat. Quin etiam, ex Druidarum disciplina, frondes quercneas altaribus imposuere; (llll) quemadmodum & aliis Gentium in more fuit, ut aras suorum Numinum fronde ornarent,

F 2

&

(eeee) Johann Picardt, *Annal. Drenthæ, Distinct. XIV. p. 79.*

(ffff) C. Tacitus, *L. I. Annal. c. 31.*

(gggg) Ovidius, *L. V. Trist. Eleg. 5. v. 9.*

(hhhh) Sil. Ital. *Pharsal. L. VI. v. 747. & L. XVI. v. 262.*

(iiii) Cluver. *l. c. L. I. c. 35. p. 244.*

(kkkk) Schedius, *l. c. Syngram. III. c. 25. 26.*

(llll) Plinius, *Hist. natur. L. XVI. c. 44. circ. fin.*

& quidem Jovi esculo, Apollini lauro, Minerva olea, Veneri myrto, Herculi populo, vellauro etiam, Baccho hedera, Pani pino, Diti cupresso litatum, ceu videre est ap. Alexandrum ab Alexandro. (mmmm) Quin & Viscum, uti scilicet in Sacrificiis peragendis adhibuere nostri, quem peculare Dei donum è caelo dimissum crediderunt. (nnnn) Itaque, ut Jo. Picardus habet, ipso anni exortu rudis plebecula ad lucos currebat, Sacerdotibus Druidibus effreno gaudio indicans, sicubi Viscum repererit. Et, ne quis cunctaretur, designati erant, qui ad sedulam ejus indagacionem singulos adhortarentur. Unde Ovidius:

Ad viscum Druida, Druida, clamare solebant;
atque ubi reperissent, sub arbore altare adificantes, epulosque & sacrificia preparantes, duos candidi coloris tauros admovebant, quorum cornua fronde roborea revinciebantur. Tum Sacerdos, candida veste cultus, arborem scandebat, falceque aurea demetebat, quod candido fago excipiebatur; inde victimas immolabant, precantes, ut suum donum prosperum faciat Deus his, quibus dederit. (oooo) Sed plura his non addam, cum de Sacrificiis modisque sacrificandi & Sacrorum ritibus à veteribus observatis fufè agant Cluverius, Vossius, Schedius, alique, (pppp) unde talia stitens Lector plena manu & ad facietatem haurire poterit. De Sacerdotibus quæ dicenda habeo, ea nunc brevibus expediam.

§. VII.

(mmmm) Alex. ab Alexandro, *Genial. dier. L. IV. c. 17.*

(nnnn) Plinius, *l. c.* Alex. ab Alex. *l. c. L. VI. c. 26.*

(oooo) Jo. Picardus, *Celto-ped. L. II. p. 65. seqq.*

(pppp) Ex quibus præcipuè nominandus Jo. Gv. Stuckius, *Tr. de Sacris sacrificiisque Gentium*, qui legi omnino meretur, cum alibi, tum maximè p. 126. ubi Deorum à Germanis cultorum recensionem instituit.

Sacerdotes Germanis defuisse, quis crediderit, si vel maximè non expressis Corn. Taciti testimoniis non juvaremur. (qqqqq) Neque obstat locus Jul. Caesaris, jam supra adductus, ubi *Druidas* habuisse Germanos negat. Si quidem vel plane à vero aberravit, vel sic explicari potest, ut non de Sacerdotibus in genere, sed in specie de *Druidibus* loquatur, quos suo tempore in Germania non dum visos ipsi facilè largior, ceu ex dicendis mox adparebit. Præter *Druides* vel *Druidas* autem alios adhuc Sacerdotum Ordines nostris fuisse, *Vates* (rectius fortè *Vateis*) scilicet & *Bardos*, dum prolixè docent Cluverius (rrrrr) & Schedius, (sssss) eorum scriinia nunc expilare nolo. *Druidæ* quo tempore ex Gallia in Germaniam pervenerint, non usque adeò liquet. Id quidem ex Svetonio, Plinio, Aurelio Victore, aliisque Historicis notum est, post Cæsarem statim Augustum, dein Tiberium & sequentes Imperatores in extirpanda *Druidarum* superstitione, maximè ob *druidarum* invisam, multum occupatos fuisse; undè evenit, ut, cum Galliis plerique exturbarentur, in finitimas regiones, & ipsam denique Germaniam demigraverint; id quod Aventinus satis aperte, quando *Druidas*, ait, *Gallorum Philosophos & Vates Bardosque Tiberius & Claudius Imperatores exegerunt omni Galliâ; ipsi autem in Germaniam tanquam cognatam & ejusdem sermonis gentem, trans Rhenum demigrarunt.* (ttttt) Aventino iisdem

F 3

fe-

(qqqqq) Tacitus, *M. G. c. VII, X. XI. XLIII.*

(rrrrr) Cluverius, *L. l. c. 24.*

(sssss) Schedius, *Syngr. am. II. c. 40 seqq.*

(ttttt) Aventinus, *Annal. Bojic. L. l. p. m. 18. & L. I. p. 68.*

ferè verbis etiam Conr. Celtes subscribit , & prætere-
refert , quod. sub Carolis , Arnolpho & Ottonibus ,
Christianam religionem interpretantes , totam Hercyniam , in
amenis & irriguis vallibus , & agrorum atque cervorum sal-
tibus , sub annosis & nigris quercubus , à quibus canobiorum
suorum nomina occupaverint. (uuuuu, Caterum, quicquid de
Druidis dici potest , id omne in compendio exhibet Elaias
Pufendorff , Dissert. de Druidibus , habità olim Lipsiæ A.
MDCL. quæ , cum nonnullis ejus aliis , paucis abhinc an-
nis prelo iterum subjecta produit.

Prætereà quoque Germanis nostris fuisse Sacerdotes
fœminas fatidicas , Taciti testimonio probatur. (wwwww)
Ex iis inprimis celebris *Velleda* & *Aurinia* , nec non *Gan-
na* , quas licet magna superstitione venerati fuerint, Deas
tamen non fecerunt. *Velleda* inprimis apud Bructeros,
Westphalia populos , in regionibus , ubi hodiè Mona-
steriensis & Osnabrugensis Episcopatus sunt, inclaruit; qua
de Reinerus Reineccius sequentia commemorat. *Per
idem tempus* , nempe belli Civilis Batavici , floruit *Velleda*,
Bruclera nationis virgo fatidica , cujus inde potissimum auto-
ritatis crevit , quod , cum prosperas res popularibus , adversas
Romanis legionibus prædixisset , eventus responderet. Quare
& ipsa majestatem sibi augere , & , cum in editam turrim se ab-
didisset , per delectos è propinquis responsa dare. Permansit in
hoc statu usque ad Petilii Cerealis victorias. Nec constat ,
quid porro factum , nisi , quod à Cereali sollicitata est , ut belli
adversam fortunam opportuno erga populum Romanum meritò
muta-

(uuuuu) Celtes , Descript. Norimbergæ , c. 111.

(wwwww) Tacitus , M. G. c. 11X. Histor. L. IV. c. 61. L. V. c.
24. L. V. c. 22.

mutaret. (xxxxx) Ad *Aurinium* quod attinet, dubiè ferè sunt Scriptores, Dea fuerit, an Mulier fatidica, an verò quid aliud? Sed, quidquid alii sententiant, pro Fatidica vel Saga habendam multa sanè svadent, licet superstitio Deam tandem effinxerit. Præter Tacitum / c. plura eorum testimonia videri possunt, qui expressè sceminam vocant, ap. Schedium, (yyyyy) & Cluverium; (zzzzz) ex quibus de istius habitatione, vestitu & officio atque actionibus manifestissimè constat, quæque omnia hominem, non Deam loquuntur, licet negari non possit, ex fufurris & cum Dæmone commerciis pleraque, quæ humanas facultates longè excedunt, eam peregisse. Id tamen adhuc monendum, hoc, si fuit ab initio *Auriniæ* proprium, tamen in commune ejusmodi, sceminarum nomen conversum, pluresque tales temporum successus *Auriniæ* apud Veteres Germanos extitisse, &, quidquid id vocis est, tandem sagarum & veneficarum evasisse Synonymon; quo de pluribus videantur Cluverius l. c. & Commentatores ad Tacitum. (aaaaa) Juvat hic iterum audire aliquoties laudatum Jo. Picardtum, qui,

(xxxxx) Réin. Reineccius, *Histor. Jul. part. III. in Regno German. Conf. Tacitum, Histor. IV. c. 61. 67. L. V. c. 22. 24.* In edita turre habitavit, & delectus è propinquis consulta responsaque ut internuncius portavit. Tandem captivam, & in triumpho postea ductam colligas ex Statio:

*Non vacat Arctos acies, Rhenumque rebellem
Captivæ que preces Veleda:*

Gronov. ad Tacit. de Mor. German. c. 11X. p. 601.

(yyyyy) Schedius, *Syngram. III. v. 43.*

(zzzzz) Cluver l. c. L. l. c. 24.

(aaaaa) *Mor. Germ. l. c. ex Edit. Gronovii, p. 601. seqq.*



qui, ex antiquorum relationibus docet, in Drenthia Provincia quondam fatidicas ejusmodi foeminas, vulgò *Witte Wijven* dictas, extitisse, montesque (unde cum Romanorum Oreadibus, Bergnympheis / comparat) spelucas & rudera sepulchrorum, quibus olim Romani milites ibidem occisos intulerint, inhabitasse. Forte non erit imgratum, si ipsius verba in medium attulero. *In vvat Landt tot men komt, so hoort men alle menschen uyt eenen mondt spreken, dat die vvoortuuts gevveest zyn Woonplaetsen der vvitte Wijven, und de gedachtenisse eeniger harer Wercken en Feyten is noch soo versch in de memorie van veel Cryse hoofden, als vvan eerse noch onlanghs gebeurt vwaren. In vvat plaetsen dat men dese vwooningen der vvitte Wijven vindt, sal men de Ingesetenen eendrachtigh van haer in 't gemeyn hooren verklaren, namelijk: dat in sommige deser groote Bergen de vvitte Wijven hebben gevront: dat 'et omirent dese Berghjes grouwvelijck heeft gespoockt: dat men in den selven dickvvijs een deerlijck gekryt, gekerm en Weklagen van Minnen, Vrouwen en Kinderen gheboort heeft: datse by Dagen en Nacht dickvvijs vvan barende en nootdlijdende Vrouwen zyn ghebaelt, en souden die gheholpen hebben, oock dan vvanneer alles desperaet was: datse da superstieuse Menschen souden gevwichelt, haer geluck en ongeluck voor geseyt hebben: datse gestoolen, verlooren en verwemde goederen vvijsen aen te vvijsen vvaer die Schuplden: dat die Landtsaten de selve met groote Eerbiedigheyt geeert hadden, als vvat Goddelijchs in haer erkennende: dat eenige Ingesetenen in sommige Gelegenheden, in dese Berghjes gevveest vwaren, en hadden aldaer ongelooftijcke Din-gen gesien en gheboort, maer hadden, op peryckel von haer Leben, niet en vvoort mogen spreken datse snelder: vwaren gevveest, alt*
eeni.

eenige Creatuuren: dat zy altydt in 't wit vwaren gekleedt ge-
 vveest, en vvierden daerom niet vvitte Vvijven, maer simpli-
 citer de Vvitten genaemt. (aaaaa) Cæterum quando isdem in
 locis in specie etiam *Aulriniam* divinos honores accepisse
 idem Autor testatur, (bbbbb) eo sensu id intelligendum pu-
 to, quod Fatidica hæc mulier sequioribus demum seculis, di-
 vinatis opinione, in Idolorum classem collocata fuerit.
 Unde, dum sub specie ingentis stirpis seu radicis, cujus
 Schema depictum dedit Picardus, eidem cultus hon-
 norque exhibitus, mirabilesque effectus atque virtutes
 attributæ, vix dubium est, hinc impostores & a-
 gyrtas ansam arripuisse, ut, in hominis vel homunculi,
 si Diis placet, effigiem efformatam radicem *Aulriniam*
 nominarint, eique virtutes, nescio quas, divinas vel ma-
 gicas adseripserint. Non pigebit & hic ipsius Picardi verba
 adponere, quæ hæc sunt: *Aulrinia*, *Amnia*, alias *Ullrunn* is een
 groote dicke Vvortel, die door de Konst van snoode Landloopers
 en Quacksalvers geadapteret en gefatsoenert vvert in de gedaen-
 te van een kleyn Kindt, van vvelcke de Landbedriegers vveem-

G de

- (aaaaa) Johan. Picard, *Antiquit. Drenthia, Distinct. IX. p. 46.*
 (bbbbb) Idem *Distinct. XV. p. 66.* Scio, multum occupatos esse
 Criticos in eruendis Originibus vocis *Aulrinia*. Suo
 quemque sensu abundare facile patior. Fraudes decepto-
 rum, qui talia ex radicibus confecta ludibria, sub nomi-
 ne *Ullraunen / Ullruncken / Ullreindchen /* supersticiose ple-
 beculæ venditantes apud nos nondum plane desuisse no-
 tum est, & pluribus videre de iis licet B. Jacobum Tho-
 masium, *Dissert. de Mandragora, Cap. II. §. 56. Conf.*
Nollenhagen / Glaubwürdt. Lügen / p. 271.

de en wonderlicke Kuuren wijs gemaect hebben , densel-
 ven , die het hebben willen gelooven. De *Ganna* , quæ e-
 tiam *Ganna* , dicitur , parum liquet. Apud Dionem ejus
 mentio occurrit , virgoque & Vates , quæ Oracula post
 Velledam dederit , describitur : γάννα , παρθεύος , ἢ δε μῆσαι
 τὴν Βελήδαν ἐν Καλίμῃ θειάζουσα. (ccccc)

§. V.

Præter eos , quos copiose allegavi , Scriptores ,
 haud dubiè multum ad illustrationem hujus argumenti
 conferere potuissent Monachus Pirnensis , Johannes de
 Indagine , *Comment. de Religione Veterum Soraborum* , Georg.
 Spalatinus , *de Seculis & Gestis Soraborum* ; Benedicti Cur-
 tii *Symphoria in Librum de Hortis quintum* , cujus epitomen
 exhibet Stuckius , *de Sacrificiis Gentilium* , p. 103. Role-
 winck , *in Antiquitatibus Saxonis* ; Celeberrimi viri , Dn.
 Jo. Petri Ludwigi Disputationes , *de Idolis Slavorum* ; Höpf-
 neri *Germania antiqua* , Casp. Calvoer *altes heydniſches*
Nieder-Sachsen / ac forte alii plures. Sed cum eorum
 inspiciendorum copia non fuerit , nomina saltem nunc
 indicasse mihi sufficiat.

Sectio

(ccccc) Dion. *Histor. Rom. Lib. LXXII.* Vid. Cluver. *l. c. L. 1.*
s. c. 24. p. 165.

51

SECTIO POSTERIOR,
DE
PUSTERO,
VETERE GERMANORUM IDOLO,
IN SPECIE.
ARGUMENTUM.

- §. I. **D**erivatio Nominis. ra, tam interna, quam externa.
 §. II. *Origo & Natales Idoli,* §. IV. *Materia ex qua.*
 ejusdemque in Thuringiam deportatio. §. V. *Sedes, ubi novioribus temporibus steterit.*
 §. III. *Ejusdem Forma & Structura.* §. VI. *Usus Idoli, sacer an profanus?*

§. I.

Expositis iis, quæ ad Germanorum Idololatriam in universum spectant; nunc ad *Pusteri* Idolum explicandum in specie progredimur, id acturi, ut omnia, quæ alicujus in eo momenti videri poterunt, breviter enarrentur. Ac primò quidem *Idoli Nomen* movet, ut in illius ratione investiganda paululum subsistamus. Variant autem Scriptores in eo exprimendo; dum aliqui *Pusterum*, quæ communis ferè appellatio est, alii *Pusterich*, *Beißtard*, alii aliter nominant. Quicquid autem hujus sit, ab una tamen radice nomen

descendere plus satis adparet; & sine dubio ab antiqua voce Püßten / i. e. *flare*, originem traxit, quæ inferioris Saxonix incolis adhuc hodiè frequens; undè etiam *fellem* cithren Püßter vacitant. Imò non solùm tota Idoli structura appellationis rationem indicat, dum

amb.us

Iratum buccas inflat, (a)

&, ut obesi ventris solent, irâ maximè commoti, toto quasi profans pectore visitur; (b) sed & operationes Idoli, dum ignes evomuit, ut mox audiemus, eam appellationis causam apertè satis comprobare videntur. (c)

§. II.

De prima & antiquissima hujus Idoli *origine*, prout in antiquis solet, valdè dubia res est; undè conjecturis indulgere licebit, quæ eò ducunt, ut Pustero natales suos Inferioris Saxonix incolis attribuamus. Appellatio sanè dialectum istius populi sapit; &, quam dedita fuerit, præ multis aliis, ea Gens Idololatriæ, à quâ nisi armis à Carolo Magno abstrahi potuit, neminem, nisi qui in

Histo-

(a) Ita Jovem describit Horatius, *Sermon, L. 1. Sat. 1. v. 30.*

(b) Indè est, quod ex nimia obesitate homines Germanis dicte *Diesiers* audiant.

(c) Conferantur de Nomine Sagittarius, *Antiqq. Gentilismi & Christianismi Thuringici, L. 1. c. 2. §. 4.* Heinr. Chrisk. Henninius, *Annot. ad Jac. Tolly Epistolam Lenerariam 1. p. 38.* Ge. Henning *Behrens Hercynia curiosa, Cap. VI. membr. 4.*



Historia planè hospes & rudis est, latere poterit. (d) Dum itaque dubitari non potest, quam plurima etiam *Zopica* & minorum gentium Idola ibi locorum fuisse culta; *Püsterum* quoque iis accensendum tam diu persuasi tenebrimur, donec certiora edocti, & erroris convicti fuerimus. Firmat conjecturam vicinia loci, ubi repertum in Thuringia Idolum, scilicet in vetusta arce Rotenburgo, haud procul ab Hercinia Sylva distante, quò per ista nemora id facili opera deportari potuit. Sed & in tempore, quò hoc factum, inquirendo æque non nisi incertæ via vestigia insistere licet. Quid ergo si putemus, eâ ætate, qua Carolus Gentilissimum in Inferiore Saxoniam debellavit, & Idola passim obvia destruxit, ejus cultores cum eò in dictam Silvam se contulisse, cum facili aliò transferri (e) potuerit, ac tandem in arce modò dictâ fixam ipsi sedem constitutam fuisse. Neque verò movere debet, quod jam diu ante, quàm Carolus Magnus idololatriam in Saxoniam extirpavit, Thuringi ad Christianam fidem conversi fuerint, undè non facile creditu sit, locum ibi *Püsteri* Sacris datum, aut in Thuringorum tutelam idololatrias adhuc Saxones cum *Püstero* suo se tradidisse.

- (d) Videatur inter alios Herman Adolph. Meindersius, *de Statu Religionis in veteri Saxoniam*, Addend. ad Prefat. & toto *Traçtatu*, quò omnia veluti per Compendium retulit.
- (e) Fortabilia istiusmodi simulacra habuisse Saxones veteres, adparet inter alia ex Capitulari Caroli M. ap. Baluz. *Tom. I. p. 150. seq. §. XXXIX. de simulacro, quod per campos portant.* ad quod Capitulare, & ejus dictum paragraphum, eruditus laudatus Meindersii Commentarius, p. 221. legi meretur. Mentionem quoque ejus, sed sine explicatione, fecit Sagittarius, *Gentilij. Thuring. L. 1. c. 3. §. 2.*

Est enim adhuc oppidò incertum, an ad omnia Thuringorum loca hic eorum, ut vulgo audit, Apostolus Bonifacius pervenerit; nec minus, an ubique felici successu rem gesserit, & obediens Christianis dogmatibus invenerit, (f) maximè cum & facili negotio circa Hercyniæ confinia habitantes se cum Idolis in eam recipere, & intra tesqua ferarum non nisi summo cum periculo pervestigari potuerint.

§. III.

Veram Idoli effigiem *αρχαῖον* accuratè convenientem nemo adhuc dedit; (g) indè, quæ potuit, accuratio-
ne

(f) Ad loca Hercyniæ propiora venisse Bonifacium, ex Leznero, *Histor. Bonifacii*, constat. Destruxit *Laram & Jecham*, quarum illa in Hohnsteinensi Comitatu culta; hæc verò non procul Sondershûsa, ubi adhuc hodie pagus *Jechaburg*. Vid. de *Jecha* pluribus *Lezner. part. 1. c. 12 Nicol. Serar. Rer. Moguniac. Notat. 21.* ad vitam Bonifacii p. 474. ubi, ut & *Notat. precedente*, alia à Bonifacio destructa Idola commemorat. Sed ad rem nostram faciens observari velim, quod de *Biele, Deastro*, idem Autor refert, à Bonifacio disiectum cura magna requisivisse idololatrias, & juxta locum, in quo *Hesfeldense modo canobium*, non multum ab *Hercynia Silva* dissitum, *Biele* rursum erexisse; unde adhuc hodie locus *Heilstein* appellatur. Conf. *Sagittar. l. c. l. III. c. 10. §. 5.* qui de *Jecha* narrationem absque causa in dubium vocat, *L. 1. c. 2. §. 10.* cum apud non unos Scriptores rerum Thuringicarum istius mentio reperitur.

(g) Primus, nisi fallimur, effigiem Pusteri æri incisam exhibuit *Heinr. Ernstius, Observat. l. c. l. II. c. 39. p. 1658.* Indè, sed

ne eam sculpi & in Dissertationis frontispicio ob oculos
poni curavimus, cui si descriptionem Ernstii addideris, ma-
jorem eius habebis dilucidationem. Hoc simulacrum, in-
quit, bipedalis magnitudinis, concavum, è metallo fabrefactum
incognito, in ore & vertice capitis duo gerebat foramina, qua,
immisso prius in album humore, aliaque materia, obturamento
firmiter pracludebantur. Tum subjectis virvis carbonibus, ido-
lum primo sudorem emittere per pectus incipiebat, mox intus
enatum tonitru ingenti impetu propellebat obturacula, & ma-
gnam vim ignis sursum ac transversum eructabat, horrendo in-
tuentibus spectaculo. Fuere, qui metalli speciem exploraturi,
portiuunculam brachio avulsam, & igne liquatam in aliud cor-
pus transfundere aggressi sunt, sed irritò successu, nec pari cum
priorè effectu. (h) Aliter paulo describit Henninius. *Visitur*,
ait, *idolum Bisterichi, in arce Comitum Schwarzburgico-*
rum Sonderhusa, ex metallo factum ignoto. Demta est parti-
cula

sed multum mutatâ figurâ, Henr. Christ. Henninius, in
Epistolis Jac. Tollii, à se editis, ad p. 34. transtulit. Ex
hac desumpsit Heinr. Sickius, Biblioth. Libr. nov. Tom. V.
Mens. Nov. & Decembr. ad p. 726. Et hos in delineatione
secutus est Autor Observation. Miscellan. sive Vermischter
Gedanken / Tomo XVI. A. 1713. Lipsiæ editarum; sed
omnes, fortè, quod idolum ipsi nunquam viderunt, nimi-
um quantum à vera forma aberrant. Benjamin Scharffius,
in Juniperi descriptione, p. 104. & Tenzel. Monatl. Uno-
terred. Mens. Jul. 1689. quamvis sæpe visum, & manibus
contrectatum, exactè tamen expressum non sistunt, id quod
ex collatione ipsarum figurarum cum nostrâ, vel potius cum
ipso prototypo, manifestè adparebit.

(h) Henr. Ernstius, *L. l. c.*

cula sinistro brachio, ut exploraretur metalligenus; sed frustra, nec enim potuit. Speciem habet sedentis pueri decennis irati, obtutu torvo. Dextra capiti imponitur, sinistra in femore quiescit. In medio supra capite foramen est, ut & in ore. Cuneis solebant hæc foramina, insusâ prius in cavitatem aquâ, operire, capitiq; imponere ardentes prunas. Sic vehementer sudabat idolum, & tandem cum impetu sororo cuneos explodebat; hinc ex utroque foramine, magno cum spectantium pavore & terrore, veluti flammâ ejaculabatur. (i) Jungamus hæc Benjaminum Scharffium, quondam Archiatrum Schwarzburgicum, cujus de Pusteri figura hæc sunt verba: *Piesterus*, imago est aenea, incerta, nec adhuc, brachium licet hanc ob causam illi sit avulsam, cognita aris speciei; hominis sedentis staturam præ se ferens, capite magno perforato, ore perforato, amploque ventre prædita, aspectu terribilis, & tota cava. Hæc si tota adimpleatur aqua, aliisque rebus diversarum qualitatum, & supra ignem, obturatis foraminibus in capite & ore ligno firmissime, collocetur, paulo post, cum incalcescit humor, transsudat sudoris instar. Succedente vero tempore & accrescente calore, obstacula foraminibus intrusa & adnota maximo cum impetu rejicit, magnoque cum fremitu & boatu igneam evomit flammam, maximo cum terrore summaque admiratione adstantium. (k)

Cu.n

(i) Heincr. Christ. Henninius, *Annot. ad Jac. Tollii Epist. Itinerar. l. p. 34. seq.* Ex quo transcribit Heincr. Sickius, *Bibliothec. Tom. V. Mens. Novembr. p. 72.*

(k) Benjamin Scharffius, in *Descript. Juniperi, c. 11X. p. 104. seq.*

Cum vero hæc omnia conveniunt, nisi, quod in eo valdè lapsus est Henninius, dum capiti ardentibus prunas impostas, & solâ aquâ repletum Idoli ventrem credidit. Utrumque falsum, & nequidem possibile, ut, vertice quantumvis per prunas calefacto, ignis ad interiora permeet; cum ne quidem arte creati concipiendo calor iste sufficiat; & si vel maximè id detur, sola tamen aqua ad flammam concipiendas, tantoque cum ardore eructandas ullo modo idonea esse non possit. Erravit etiam in eo, quoad *situm* Henninius, dum *sedentem* Pusterum fingit, cum tamen vel sola *adversiva*, quâ dextro genu nixus sistitur, reclamet. (1) Caterum in dimensione, quoad longitudi-

H nem,

- (1) Concordat cum hisce descriptionibus illa Andreae Toppii, quam, dum ferè antiquissima est, omittere nolimus. Es hat der Püstericht / inquit, keine Fuß-Sohlen. Seine rechte Hand lieget auff den Haupt. Mit den linken Reine kniet er nieder. Die lincke Hand hat auff den linken Knie gelegen / ist aber von den Arme abgelöset worden / durch Land-Graff Morigen zu Hessen / der ihn einmahls gen Cassel abhohlen lassen. In Gewichte hält er 42. Pfund. Witten auff den Kopffe hat er ein Löchlein (nicht ein Loch / welches Merian, Beschreibung des Nieder-Sächsp. Croysies / edit. 1650. Tr. Sondershausen / fol. 178. eines Daumens groß beschreibet) und eines an Gesichtre / an statt des Mundes. Sind alle beyde so klein / daß man keinen Finger hinein bringen kan. Unten ist mit eingegossen ein Eysen mit einen viereckigten Loch / daß er / wo in man ihn stellet / mit einen durchgesteckten Riegel kan gefasset und gehalten werden. *Descript. Sondershausen / Sect. 7.* In qua descriptione nil, nisi illud, defi-

nem, & περιπέριον res ita habet, uti plerumque referunt, duorum scilicet pedum, &, quod circiter pollicem feu unciam excedit, istam; hanc verò totidem pedum atque sex pollicum mensurá contineri. (m) Hæc de externa Idoli

desiderandum est, quod gravitatem Idoli tantum ad 62. pondo refert, cum tamen 73. & amplius numerare debisset. Ex Toppio hoc suam relationem hausit Dn. Joh. Christoph. Olearius, *Synagm. Rev. Thuringic. Descript. Sondershausen / Num. V. p. 321.* Henninii quoad firum commissum errorem rectè notavit D. Ge. Henning *Weyrenß / Hercynia curiosa Cap. VI p. 154.* Sed in eo ipse sibi non satis prospexit, dum foraminum amplitudinem eandem eum Meriano fecit. Celeberr. Tentzelius similiter in hoc impigit, *Monatl. Unterredungen / Mens. Jul. 1686. p. 718.* licet Idolum suis oculis vidisse testetur.

(m) Ut de *διαμίσθροι* accuratius constet, en ob oculos eam ponamus, prout à Celeberrimo nostræ Academiæ Mathematicarum Professore, Dn. Jo. Ge. Siebnecht / exactè ea examinata est.

0 - $\frac{1}{2}$ altitudo.

2 - $\frac{1}{2}$

2 - 6. Die über den Nabel oder dicken Bauch genommene Spissitudo.

2 - $3\frac{1}{2}$. Die über die Brüste genommene Spissitudo.

- 6. Die Breite des Bauchs.

1 - 6. Die Dicke des Kopffs über die Stirn.

1 - 7. Die Dicke unter der Nase.

1 - $5\frac{1}{2}$. Die Länge des Arms / bisß ad extremitatem digitorum.

- 6. Die Dicke des Arms beyñ hinterm Musculus,

- 8. Des Beins Länge / bisß an das Knie; von dar

- 6. bisß an die Waden.

1 - 2. Von Scheitel-Puncte / bisß zum Nabel.

- 6. Die Gesichtslänge.

Idoli nostri forma; nunc ad *interiorem* ejus structuram, quantum quidem eò penetrare licet, pedem promoveamus.

Sed quid in occultis, ubi divinatio fallax?

Ibant, qua poterant, quà non poterant, ubi stabant.

Concavum esse, quà caput & ventrem, non totum, uti perperam Scharffius, (n) Idolum res ipsa loquitur, tantumque aquæ capit, quantum situlâ, mit einem Wasser-Eimer (o) mensuras circiter novem, quales in Thuringia habent, continente, hauriri potest. Et hæc quidem satis planâ. Sed id adhuc controversum est, *magica quadam arte interius constructum Idolum, an verò ad naturalem compositionem tota ea machinare ferenda sit?* Constat ex laudato Andrea Toppio, Siegfridum Saccum, Casparem Titium, aliosque plures in ea fuisse sententia: Der Püsterich sey durch Zauberey und Teuffels-Kunst also zugerichtet / und könne ihn niemand nachmachen / noch ein solch Bild /

H 2

das

(n) Scharffius, *l. c.* Brachia sanè & pedes ære solido constant, quod inter alia ad oculum patet in brachio, cujus dentam particulam modo diximus.

(o) *Amphoram* aquæ habet Henninius, *l. c.* Sed vocem Wasser-Eimer / quam apud Tenzelium *l. c.* invenit, malè per amphoram reddidit. Amphora enim quid sit, viderelicet, inter alios, ap. Budæum, *L. V. de Asse*; Ejus autem capedinis Püsterum amabò quis crediderit? Es seynd mehr nicht / als 8 1/2 el Maß Wasser / Thüringischen Gehälts / darein zu bringen.

Amphora cepit

Institui, corrente rotâ, cur urgens exit?

Horat, *Art. Poet.* V. 21. seq.

das Flammen ausgegösse / bereithen (p) idque forte inde venit, quod stupendas & supra modum magnas operationes ipsi vulgò attribuerint, quò pertinet auxelis: iras ejus, dum infusa projicit, fulmineos tonitrus imitari, horrendò intuentibus spectaculò. (q) Et quod Diabolici furoris machinæ velut insiti argumentum inde ducunt, dum, quoties cum eò experimentum facere voluerint, id non nisi cum maximò periculo fuerit susceptum. Ita enim inter alia referunt: Es habe einmahls in Graff Heinrichs und Graff Hans Günthers Abwesen ein Hauptmann und Schösser den Püstrich in der Hoff-Rüchen zu Sondershausen auff's Feuer setzen lassen / davon das Schloß angezündet / in Gefahr gesetzt / und kaum mit Noth geleschet worden. (r) Novioribus etiam temporibus, cum Illustrissimi Domini Comites Schwarzburgici, in monte propè Jechaburgum, sub dio experimentum ab ignivomo hoc capere voluerint, & lentiore, quam sperarant, successu res procederet, Aula autem Magister, Nobilis de Heringen, arreptâ peritica, eum prunis superinpositum concutiendo irritaverit, verbis: Teuffel mache doch fort / wenn du Feuer speyen willst / expulsis derepentè obturaculis, sic erupisse flammam & in-

(p) Andr. Toppius, l. c.

(q) Ita Heinr. Erastius, L. 11. 66. f. c. 39. p. 169. Sagittarius idem asserit: Es seyn die Pföcke aus den Maul und Köpffe mit einen Knall und Krachen / als donnerte es / dahin gefahren / *Antiqq. Gentilism. Thuring. l. c. p. 8.* quos alii sequuntur; præter laudatum Scharffium, qui, nisi fallor, aliquando, dum vires hujus Machinæ tentarentur, *2010-11. magno cum fremitu & boatu flammam evomuisse refert. l. c. p. 108.*

& ingestas materias, ut vix inde salvum se subducere poterit. Id quod ex ore ipsius laudati Dn. de Heringen Magnificus Dn. Praefes hausit. Sed quis, quaeso, Diabolo hæc & similia, quæ feruntur, attribuat, quæ vel imprudentiæ vel temeritati hominum imputanda esse nemo non prudens rerum æstimator facile videt. Contra autem alijam, dudum rectius censuere, cum arte conjunctam naturam solam, atq; sine Diaboli adjutu, hic operari. Ita judicant Toppius, & ex eo Olearius, Sagittarius, Tenzelius, Scharffius, Behrens, cum aliis plerisque *ll. cc.* Juvat in hanc rem Henrici Ernstii quædam adducere, quæ sic habent. *Ita plerumque, ait, usu venit, ut homines Phil. sophia ignari, si quid videant fieri, cujus causam mente non comprehendunt, in stuporem agantur, & Numen aliquod inesse credant etiam rebus ludicris, & quarum principium in ipsâ natura fundatur. Illi certè, qui in materia Idoli causam quaesivere stupendorum effectuum, admodum rudes videntur fuisse scientia naturalis. Qui autem rem penitus introspicunt, illis non potest esse dubium, quin sacerdos, aut antistes istius superstitionis, ut os obtinerent populo, sibi que ex ficti Numinis presentia autoritatem questumque conciliarent, eruditam hanc fraudem fuerint machinati; cum quævis machina ad istum modum concinnata similes producere valeat effectus.* (s) Benè Ernstius, & cæteri, qui cum eo sentiunt. Sed in eo jam cardo rei potissimum vertitur, ut, quomodo, internâ istâ Idoli structurâ ad hominis inventum comparatâ, tam mirabiles effectus inde provenire, & quæ materia ad eosdem promovendos idonea esse possint, disquiramus. Et relinquenda quidem hæc aliis, qui mechanicarum & physicarum

H 3

ficarum

(r) Andr. Toppius, *l. c.*(s) Ernstius, *l. c. p. 169. seq.*

secarum rerum profundiorē notitiā possident, dum & extra institutum nostrum est, utpote qui solam Pusteri historiam pertractare voluimus. Ne tamen quoad hęc hiatus adpareat, quas reperire licuit, aliorum sententias vel conjecturas referemus. Primum, (t) qui in hac causa iudicium suum cum iudicio interposuit, audiemus Henricum Ernstium. *Si in vas, inquit, concavum undiqueque præclusum, & diaphragmate per forato interseptum plusculum humoris infundatur, ita ut ille in inferiorem cellulam subsideat; superior autem cellula parte aliquâ repleatur, materiâ ignem ex humido concipiente & diu alente, cuiusmodi est pulvis sulphure, calce virâ, asphaltô, & carbonum polline; si vasculum illud prunis imponatur, evenit, ut exastuans intrinsecus humor vaporum magnam vim emittat, qui ex antiperistasi in humorem resoluti, & ad sepimentum vasis delapsi, accendunt fomitem igneum. Tum aer attenuatus & rarefactus, nec jam angustiis carceribus claudi potis, eum ingenti impetu exitum molitur, obturacula propellit, ignemque summô nisu sursum projicit. Non absimile machinamentum Hero, in Libris Spiritualium, conficere docet, quod, ut natura consonum est; ita in effectum sapennumero produci quotidie experiuntur machinarii.*

Subjicere lubet Epistolam, à Dn. D. Jo. Melch. Verdries, Philosophiæ naturalis PP. Ordinario & Medicinæ Extra-Ordinario celeberrimo, hac de re Consultiff. Dn. Præfidi, missam, quâ Heinr. Ernstii sententia confirmatur.

(t) Sæpè allegatus Toppius, quæ, tanquam ad rem præsentem spectantia, de Tauro Perilli, de equo Aruntii Paterculi, & similibus ad l.c. in medium proferre voluit, huc planè non quadrant; quare ejus cogitata præterimus. De Palingenii ab eodem adducto loco mox dicturi.

tar. De Idolo *Wüstirich* / in specie de modo, quo ad ignem projiciendum à Sacrificulis fuerit preparatus, hæc mea est sententia. Nil quicquam in tota historia occurrit, quod non facillime modo & ratione naturali fieri potuerit. Quicumque enim structuram & phenomena sic dictorum *Æolipilarum* (u) unquam vidit atque miratus est, eidem, si ab extra saltem contempletur *Idoli* machinam, dubium esse nequit, eandem aqua ex parte repletam & igni superimpositam, simili modo, excusso per aerem & vapores expansos cuneo, sonitum ac strepitum edere posse. Flammæ vero quomodo simul sparserit, ille facillime concipere poterit, cui veterum artes *Physicæ*, sive *Magia Naturalis*, nec non recentiorum Experimenta *Physicæ* perspecta fuerint. Dantur enim fontes artificiales ignem atque flammam eructantes, qualem describit & exhibet vir summè Reverendus *D. Jo. Andr. Schmiddius*, in *Colleg. Exper. Physico-Math. Demonstrationibus*, Tit. I de *Aqua* §. *Figur. 102.* quamvis eo modo machinam *Idoli* fabricatam & preparandam non crediderim. Dantur & alia experimenta veteribus abunde perspecta, quibus ignem ex mediis aquis erumpentem producere possumus, quorum plura cum calce virva, sulphure, oleo lini, similibusque inflammabilibus instituenda proponit sagacissimus *Italus*, *Petrus Maria Canaparius*, de *Atramentis*, *Descript. I Cap. 6.* Atque ex his aliquo usos fuisse *Sacrificulos* (præcise enim hic aliquid determinare non licet) ex eo probabile est, quoniam, uti *Zeilerus* Auctor est, *Ep. 551.* flamma ex *Idolo* erumpens & atras sumi nebulas & odorem sulphureum emisit, & similis materia sulphurea instar guttularum in terram cecidat; sicut & alia circumstantia hoc confirmare videntur, in specie

(u) De *Pilis Æoliis*, *Wind-Rugeln* / Vid. *Kircher. Arte Magnet.* Part. II, *Libro 3. Cap. 3. fol. 433.*

specie incendium culinae & Arcis Sondershusanae, cum aliquando experimentum cum Idolo instituerent. Nec opus esse videtur, ut ad Magiam Diabolicam atque Satanae lusus hac referamus.

Facebant igitur fabulae de *Dauphinois* Püsteri nostri Cacodæmone; à quocunque demum is, niger ore, brevis pede, lumine laesus Deaster, olim fufus prociusve fuerit. De materia & operandi modo ut pauca adhuc subjungamus operæ pretium fuerit. Motum sine dubio sufficiens ignis suppositi copia efficit. Pro vehiculo est aqua (w), quod inde patet, dum, incalescente ære, copiose primum sudor emittitur, quò penitus absumtò, demùm reliquæ materiæ à candente Idolo interius accensæ cum impetu per dicta foramina erumpunt, atque foras protruduntur. Non enim potest non sudor iste toto corpore manans præcedere, eumque erumpens flamma, maximè, si ignes au-
gean-

(w) Illud planè ineptum, quando aliqui existimant, à sola aqua hoc effectus procedere, & eam in rem ex Marcellino Palingenio, *Zodiac. Vir. human.* LXI. sequentia verba adducunt:

*Vidi ego, dum Rome decimo regnante Leone
Essem, opus à figulo factum, juvenisque figuram,
Efflantem angusto validum ventum oris hiatu:
Quippe cavo infusam retinebat pectore lympham,
Que subiecto igni resoluta exibat ab ore
In faciem venti validi, longaque surebat.
Ergo etiam ventus resoluta emittitur unda,
Dum vapor exhalans fugit impellente calore:
Namque fugare solent sese contraria semper.*

Vid. Andr. Toppius, *l. c.* Et, qui hunc errorem jam antè perstrinxit, D. Behrens! *l. c. p. 156.*

geantur, subsequi. Sed, quæ ista materia ad ignem concipiendum idonea sint, non æquè patet, dum in *Aula Principali Schvvarzburgica*, ubi earum compositionem literis designatam tenent, ea inter arcana asservatur. x) Labet ex Amici, rerum chymicarum peritissimi, literis quadam ad hanc rem facientia cum benevolo Lectore communicare, undè patescet, falli eos omnes, qui vel pyrio pulvure, vel vini spiritu, vel simili quadam materia explosionem eorum, quæ injecta, perfici sibi pervalerunt, idque eo lubentius, quod & alias notatu quadam digna, & sequentibus inservientia in iis comprehendantur. Was das Feuer-Auspereyen anbelanget / achte ich solches eben nicht vor ein Arcanum, und muß die Composition wohl aus oleosen materien bestanden seyn; denn man zu selbiger Zeit weder von Schieß-Pulver / noch Brandtwein was gewußt / vielmehr kan es Schwefel seyn / weilen sonst das orificium am Munde einiget massen dadurch corrodiret worden / und ist auch die Form und Structur desselben sehr grob und einfältig / wie dann der zerstimmelte Arm und Beine ganz massiv, und nur der Bauch und Kopff desselben hohlt; und siehet man eben auff dem Kopff ein viereckigt etwas länglichtes und geschlagenes Stücke / wordurch ohne allen Zweifel der Kern nach dem Gusse ausgegraben / das

I

Loch

(x) Fugitivo tantum oculo eam *Dn. Presidi* conspiciendam dedit, cujus in antecedentibus mentio facta, *Aulæ Magister*, Generosus *Dn. de Hehringen*; sed cum accurate legendi describendive facultatem impetrare non potuerit, inde, quicquid fuit notitiæ, id omne iterum memoria excidit.

Loch aber auf Munde/und oben auf dem Haupte sind nach dessen Verfertigung hinein gebohret. Die Sprödigkeit des Metalls selbst weist aus / daß etwas mehrers als Kupffer dazu genommen /was aber /und worin der Zusatz bestehe /kan auff keinerley Weise ausgemacht werden / und hat wohl nicht viel Kunst gebraucht der gleichen monstroses Idolum zu gießen / dessen capacität 8. und $\frac{1}{2}$ el Maß / nach hiesigem Ort / Wasser hält; der ganze Körper aber wiegt 76. Pfund.

§. IV.

Jam ad *Materiam* Idoli accedendo, id vel tribus modis sufficiat, omnes uno quidem ore fateri, ex ære incertæ, nec adhuc, brachium licet hanc ob causam ipsi sit avulsam, cognitæ speciei id conflatum esse; Idolum tamen, vel maximam partem, ferreum si putes, à vero forte non aberraveris, si quidem ejusdem cum ferro ponderis deprehenditur. Unde falluntur quam maximè, qui pro electro habent; & fortè studiò metalli species dissimulatur, dum vix credibile est, hæc ætate, quâ ad summum ars chymica fastigium ascendit, id in pulverem solutum non posse explorari.

§. V.

Sedem quod attinet, quâ stetit Pusterus, antequam Sondershusam adportaretur (nam de antiquioribus temporibus nihil certi est) communiter ei assignant Arcem *Rotenburgicam*, (y) hodiè desertam, ubi Nobiles de Tütgerode

(y) *Arx Rotenburgica*, in Monte Ruffhausen/quondam ad Comites Beich-

gerode in Sacello subterraneo eum invenerint. (z) Indè in
 porestatem Nobilium de Reiffenstein pervenisse Andr.
 Toppium (aa) autorem habemus. Fides sit penes ipsum,
 nobis ideò suspecta, quod Arx Rotenburgicajam tum in
 manibus Comitum Schwarzburgicorum fuerit. Demum
 à Günthero, Comite Schwarzburgico, Evangelicæ Re-
 ligionis in suo Comitatu primo restauratore, & Anno
 MDLII. denato, in Arcem Sondershusanam translatum
 refert idem Toppius. De tempore quidem certò non
 constat; si tamen conjecturis quid indulgendum est, A.
 MDXLVI. id factam verosimile videtur. Accidit enim
 dicto anno, ut sartor quidam Salzensis, ob rufos capil-
 los Fridericum Barbarossam se jactitans, ex delirio in ru-
 dera Arcis Rotenburgicæ confugerit, & in Sacello, ad
 montis Kiffhusan; radices, accensis ignibus Regiam sibi

I 2

con-

Beichlinenses pertinuit, ubi iidem & aliquando resedere. Sita
 fuit in districtu, vocato die guldrne Aue, non procul
 Kelbra oppido, ad Sylvam Hercyniam. Ut ex vetustis
 monumentis patet, arx ea, cum locis circumjacentibus,
 olim immediatè Imperio subjecta; & Comites
 Beichlinenses munere Imperatoriorum Burgraviorum ibi
 functi fuerunt. Vid. Heint. Eckstormii *Chron. Walkemidens.*
p. 106. Sed, ex quò extinctus A. 1567. ultimus, Fridericus
 Bartholomæus, Comes Beichlingensis, cum magnâ Co-
 mitatus parte, districtus iste ad Illustrissimos Comites
 Schwarzburgicos pleno jure pervenit, qui jam diu antè,
 scil. ab A. 1448. sub pacto retroverditionis eundam te-
 nuerant.

(z) Ita Zwingerus, *Theatr. vitæ humanæ. Völ. III. L. 7. p. 614. ex*
 Fabricio, *de Reb. Metall. Capite, de Err.*

(aa) l. c.

constituerit, multosque ex stulta plebe, magnis sine dubio pollicitationibus, in partes suas pertraxerit. Extraxit eum antro suo Comes Güntherus, & stultitiam compe- scuit; (bb) unde facile feri potuit, ut, ea occasione, & facta Sacelli penitioris perceruatione, Idolum, fortè à No- bilibus de Tüngerode ibi olim absconditum, repererint, & in Aula Sondershusana, tanquam in tutiore loco, re- posuerint.

§. VI.

Nemo hactenus dubitavit, Püftero inter Idola lo- cum, eoque eum referendum esse. Sed primus, quam- vis admodum infelicitè, & forte non ex animo, in aliam sententiam iuit B. Tenzelius, ut & in aliis circa Idoli hu- jus expositionem hallucinatum esse iam supra monstravi- mus. Audiamus ipsum, sub *Leubardi* persona, loquen- tem:

Ich will denen Herrn zum Nachdencken recom- mendiret haben / ob nicht unter der Fabel von Kayser Friedrich so viel wahrhaftiges verborgen lieget / daß das Kuffhansische Schloß / wie andere daherum liegende Castelle / ein Raub-Schloß gewesen / und die Räuber den so genannten Püfter zu ihrer Defension gebrauchet / weil wegen dessen Feuer-Speyen ihnen niemand bey- kommen können. Dem ich kan nicht wohl glauben / daß es ein heydnischer Abgott gewesen / weil die Ge- stalt gar nichts Götzenhaftiges repräsentiret; vielmehr gibt

(bb) Excerpta sunt hæc ex Pauli Jovii *Chronico Schwarzburgi- co*, *MSCto*, *part. 5. cap. 68.* quæ Magnif. Dn. Præses, in *Collectaneis suis curiosis*, adhuc adseruat.

gibt die Bildung seiner Haare zu erkennen / daß er nicht gar viel hundert Jahre seines Alters zehlen könne / und zu einer solchen Zeit gemacht worden sey / da man solche Haare zu tragen pflegen. (cc) Hæc, quia planè singularis, & contra communem, suspecta opinio est, ne quidem refelli meretur; ideo in ea refutanda operæ parcere possumus, maximè, cum sæpe laudatus Dn. Ge. Henning Behrens debilitatem *Lenobardina* huius sententiæ jam tum sufficienter ostenderit. Ita enim *l. c. adversus hunc Collocutorum* : Es kan ein jeder aus der Beschreibung des Püsters zur Gnüge erschen / daß er ein Höhenhaftes Ansehen habe / und zeigt die Bildung der Haare nicht gar zu gewiß das Alter eines Bildes an ; Massen dasjenige officers wieder zu einer Mode wird / welches die Alten vorlängst getragen haben ; derowegen es keine unmögliche Sache ist / daß die Heyden ihre Haare auff solche Art / als man an den Püster siehet / nicht auch sich hätten können zu der Zeit / da der Abgott gemacht / haben verschneiden lassen. Zerner gebe ich einen jeden Kriegsverständigen zu erkennen / ob nicht solches Bild denen Räubern / zur Defension ihrer Raub-Schlösser / fast gar nicht / oder doch sehr wenig / gedienet habe ? Indem es nicht mehr als eine Seite hätte defendiren können / und zwar schlecht genug. Denn es nicht vermogt immerfort Feuer auszuspeyen / sondern hat / wenn das Wasser heraus gewesen / nothwendig erstlich wieder mit andern müssen angefüllet werden / ehe es auff's neue angefangen / Feuer-Flammen von sich zu geben ; Unterdes-

I 3

sen

(cc) Tenzel. Monatl. Unterev. ad A. 1689. Mens. Jul. 1. p. 271.

en es ja nicht den geringsten Schaden den Feinde verursachen können / wenn er sich sonst nicht vor demselben / als einen Abgott / gefürchtet hätte.

Nihil in hisce quidquam desiderandum est , & calculus non tantum iis adjicimus , sed & ex ea ratione ulterius confirmamus , quod ignis, quem Idolum, tam ex vertice quam ex orificio evomit, ultra octo pedum spacium, uti ferunt, non tendat, nisi ubi flamma à vento fortè longius dispergitur. Sed quid hoc ad hostiles impetus reprimendos?

- - - *Hac timet ora puer;*

quem figuli lusus, rursi persona Batavi

terret, ut Martialis jocum in hac re nostrum faciamus (dd)
Firmo itaque stat talo sententia, non hostium terriculamentum, sed Idolum fuisse Pusterû, à superstitiosis nostris majoribus

(dd) Martial. *L. XIV. Epigram. 176.* Interea induxit hæc Tenzelii autoritas Henninium *l. c. &*, qui ex hoc iisdem ferè verbis sua exscripsit, Heintr. Sickium, *Biblioth. Libror. novor. Tom. V. Mens. Novembr. & Decembr. A. 1699. p. 728.* ut omnia, qua de hoc Idolo, ejusque cultu jactentur, fabellis, quam vero propria esse censuerint, & quidem ex ea ratione, quod, cum Taciti, de *Mor. Germanorum* narratione ea non convenient. Jejuna sanè argumentatio: Cornelius Tacitus Püsterum non commemorat; ergo non fuit Idolum veterum Germanorum. Admissi rursi tenatis amici. Ut tamen liberales quodammodo esse videantur, tandem ad mediæ ætatis artem, qua jam prisca Germanorum simplicitas per advenas esset corrupta, Püsteri cultum relegant. Et hic habemus, quod volumus; dissentientes sibi ipsis contradicunt, dum, ut fabella sit, & tamen mediæ ætatis obtinuerit, Püsteri cultus, uno velut halitu profitentur.

bus, antequam ad Christianam fidem converterentur, Pusteri cultum & fraudes in eo a Sacerdotibus adhibitas spectantur, huc redeunt: expositum eum fuisse in editiore Arcis Rotenburgicæ loco, qui, nisi fallimur, in ruderibus adhuc monstratur, facie ad campos in sic dicto aureo arvo, in der güldenene Aue / directâ; Sacerdotes habuisse, qui eò usi sint ad lucrum captandum, dum populo, fuci nescio, pervaserint, Deum Pusterum iratum, &, præ iræ ardore, sudorem istum emittere, ideoque necesse esse, ut sacrificis donisque placetur. Hoc si factum, ignem suggestum Sacerdotes clam subduxisse, ut sudor cessaret; sin minus, eundem adauxisse, inde secutos fremitus, flammæque violentam ejectionem, quâ segetes infra positæ aduri comburique potuerint. Visis his & auditis imperitam plebeculam attulisse, quidquid in viribus fuerat, donec, sedatâ Sacerdotam avaritiâ, Idoli furores, remoto igne, intermiserint. (cc)

Pro confirmanda nostra sententia equidem & illud adducitur; in propinquis, ubi Pusterus olim stetit, locis, prædialia quædam audire, die Flämische Güter; inde, dum Püster a flando vel efflando nomē accepit, Sacerdotes ejus, ex idiomate Romano, *Flamines* dictos, & ex eo prædialia redditibus sacerdotum obnoxia, ab oneribus immunia, id nominis obtinuisse. Sic enim sæpè allegatus D. Behrens l. c. Es seynd in den Hochgräffliche Schwarzhurg: Rudelstädtischen u. Stolsbergischen Amte Deringen noch eine Art Güter anzutreffen; die man die Flämische Länderey nennet / und solches dazhero: weilen dieselbe vormahls nach der Rotenburg denen Flaminius, oder heydnischen Priestern / sollen zugehöret / und von ihñe den Nahmen bekommen haben. Welche Muthmas-


(cc) Hæc partim ex communi traditione, partim ex relatione Benjam. Scharffii, l. c. p. 107. hausimus.

massung auch nicht ohne Grund ist/indem die Güter ganz
 frey seynd / und deren Besitzer noch diese Stunde die Flä-
 minge genennet (ff) werden. At enim verò sunt multa, quæ,
 an calculum dictis adjicere debeamus, hæsitare faciunt. Ar-
 gumentum ab etymologia desumptum cujus sit ponderis ne-
 minem latet. Derivatio cultus hujus Idololatrici à Roma-
 nis ad Germanos ne quidem probabilitate nititur. Immuni-
 tas prædiorum ad rem præsentem nihii facit. Sunt & alibi
 prædia, quæ nomine *Flamingicorum*, *Flämische Güter* / veni-
 unt, nec tamen à *Flaminibus*, Romanorum Sacerdotibus,
 derivari possunt; sed à certo locò, dicto der *Flämung* ita
 denominantur. (gg) Quantum ex B. Cancellarii, D. Ahasve-
 ri Fritschii, relatione de hisce prædiis Flamingicis, in Princi-
 patu Schwarzburgico sitis, colligi potest, possessores eorum,
 mediante anniversariâ solennitate, quam *Kirchgang* vo-
 cant, jus suum, sub pœnâ caducitatis, renovare tenentur;
 (hh) ubi quidem & ipse conjicit, id in memoriam pristinæ re-
 ligionis paganicæ, istis in locis olim usitatæ, fieri; sed cum
 certi nihil determinet, nos etiam judicium nostrum
 merito suspendimus: & meditationibus de Pü-
 stero Idolo nunc finem imponimus.

(ff) Provocat D. Behrens ad D. Joh. Titii, qui sub ficto nomine
 Janfonii Torquati latear, Libellum, von *Redlichen Vor-
 munde* / in quo, §. 14. p. 50. seq. prolixius de Flaminicis
 istis agatur; sed Liber non est ad manus.

(gg) De Culmenâ privilegio, & Scabinorum Magdeburgensium ad
 idem Responso, vid. Wehner. *Pract. Observ. Lit. Flämische
 Erben*. fol. 118.

(h) Ahasv. Fritschius in *Supplemento Speidelio Besoldian.* ad Voc.
Flämische Gut. Besold. *Theſ. Pract.* p. 737. & in *Continuat.*
 p. 197. Neque verò dubium est, quin ex Arch: vis Schwarz-
 burgicis, qui ad ista aditum habent, ulteriorem huic rei di-
 lucidationem dare possint.



Nobilissimo atque Doctissimo
 DN. IO. PHILIPPO STAUBIO,
Fautori atque Amico Honora-
tissimo,

S. P. D.

IMMANUEL WEBERUS.

Sl quando ad habendas Disputationes publi-
 cas aliqui se offerunt, vel Themata propo-
 nunt ipsi, vel Praesidis arbitrio ea relinquunt.

Ut plurimum fit, ut, quae prioris generis
 sunt, trivialem scientiam redoleant; posteriora
 autem Respondentium captum superent, unde,
 dum ad Cathedram hi admittuntur, aqua plerum-
 que haeret; & Praesidi vitio vertitur, quod cum

K

mutis

*mutis ejusmodi piscibus in publicum prodire fuerit
 ausus. Utrumque ego quidem sedulo semper evi-
 tare studui, nec facile vel leves & jejunas mate-
 rias admisi; vel non bene cinctis digladiatoribus
 me Parastatam prabui. Accidit tamen nihilominus
 non semel, ut, cum optima sperarem, deceptus
 fuerim. Sic facile nosmet ipsos decipimus, aut
 illi fallunt, qui plura de facultatibus suis sperant,
 quam in iis, ubi alea jacta est, demum depre-
 henditur. Abs Te, Nobilissime Domine STAU-
 BI, tale quid mihi non metuendum est, utpotè
 cujus elegantia in literis, quæ ab humanitate rem
 & nomen habent, nec non & solida, in Juris
 scientia, studia ex meis scholis mihi affatim cog-
 nita atque perspecta sunt, cui testimonio, si forte
 privatim id, atque ideò suspectum videri possit,
 Excellentissimorum meorum Collegarum suffra-
 gium, Te etiam non rogante, certò & indubitè
 adstipulabitur. Adeò enim nihil eorum, quæ
 frugi Juvenem decent, intactum reliquisti, ut,
 præter necessaria, etiam ista, quæ ad ornatum
 quàm maximè faciunt, non insuper habueris.*

Lin-


Linguas puto exoticas, Gallicam atque Italicam, de primatu hodiè ferè cum Romana contendentes, & ad munia in Aulis Principum obtinenda sæpè multam, imò plurimum viam aperientes. Quare nullus dubitari præsentis Disputationis argumentum, à nemine adhuc pro dignitate tractatum, ex quo Præsidium meum expetiisti, Tibi commendare, cum, quod scirem, id humeris Tuis non impar esse; tum, quod crederem, ad SERENISSIMÆ DOMUS SCHWARZBURGICÆ Gratiam Tibi Tuisque virtutibus aditum indè posse parari. Non deero, ad SERENISSIMUM SCHWARZBURGI PRINCIPEM, GUNTHERUM, PRINCIPEM atque DOMINUM meum à tot annis longè CLEMENTISSIMUM, cujus SERENISSIMO NOMINI hancce Tuam opellam consecrare voluisti, submississimum Tuum officium comitari. Neque etiam dubito, fore, ut, si quid apud EUM Gratia in me residui est, uti multum spero confidoque, indè istius quoque non omninò nihil in Te clementissimè derivatum iri.


Pergas modo, Nobilissime STAUBI, ita porro, uti adhuc fecisti, in studio stadioque egregiorum ausuum, neque anceps hareas, PRINCIBIBUS etiam VIRIS, uti cum Poeta loquar, Te placiturum, totoque legitimo opere perfecto, ceu spernit facit gloriosissimus noster Imperator, dignum iri habitum, cui Respublica in partibus credendis aliquando gubernanda concedatur. Scribebam

Gieffa, die XXIIIX. Aug. A. R. S.

M DCC XVI.







Th 906

ULB Halle
007 234 953


3




v. 2018


ML







PUSTERUS,
VETUS GERMANORUM IDOLUM;



Scala pedum duorum

Quod denuò

In lucem protrahitur,

Et meditationibus historicis illustratum,

PRÆSIDE

DN. IMMANUELE WEBERO,

CONSILIARIO HASSO-DARMSTADINO, JURIIUM

ET HISTORIARUM PROFESS. P. ORDINARIO,

Publica eruditorum censura

Ad d.

Subjiciet

JOH. PHILIPPUS CHRISTIANUS STAUBIUS, MICHELSTADIFENSIS.

GIESSÆ, Typis Johannis Mülleri, MDCCXVI.